

Lunds universitet

Språk- och litteraturcentrum

Handledare: Cajsa Sjöberg

HT 2024

Kandidatsuppsats i

latin (LATK11)

Andreas Dahlgren

LINGUA NOSTRA NOSTRA AETATE
Studium XV novatorum vocabulorum

Abstract/Epitome

Svenska

Den här uppsatsen innehåller latinska nyord som är de latinska motsvarigheterna för femton företeelser i vår tid. Neologismerna återfinns i fyra ordböcker: *Norstedts svensk-latinska ordbok*, *Vicipaedia Latina*, *Lexicon recentis Latinitatis* och *Vocabulaire latin d'aujourd'hui*. Den här studien 1) förklarar de femton företeelserna, 2) räknar upp de olika neologismer, som återfunnits i de fyra ordböckerna, och 3) jämför med motsvarande ord i fyra folkspråk, närmare bestämt i svenska, engelska, franska och spanska. Svar har givits på två frågor.

Det finns en uppdelning av nyorden i enlighet med betydelse, synonymer och frekvens, vilken återges i två översikter. Dessutom återfinns överväganden för vikten av att finna lösningar på de frågor som ställs av detta studium vad beträffar produktionen av nya neologismer och diskussionen avseende några uppfattningar presenteras.

Två frågor tas upp. 1) Är de i ordböckerna presenterade latinska nyorden "latiniseringar" av ord i folkspråken? 2) Är nyorden, särskilt i *Lexicon recentis Latinitatis*, skapade av fler ord än motsvarande folkspråkliga begrepp?

Svaren är 1) att ingen av neologismerna tycks mig vara gjord av ett folkspråkligt ord, som latiniserats, och 2) att särskilt nyorden i *Lexicon recentis Latinitatis* är oftare skapade av fler ord än motsvarande folkspråkliga begrepp. I de övriga ordböckerna, svensk - latinsk, engelsk - latinsk och fransk - latinsk finns det likaså en tendens till detta. De fall, där dessa ordböcker inte kan komma överens om ett enda gemensamt nyord, antyder ett mer oroande resultat.

English

This essay contains Latin neologisms which are the corresponding words in Latin for fifteen phenomenon in our time. These are the dictionaries which have been used: *Norstedts svensk-latinska ordbok*, *Vicipaedia Latina*, *Lexicon recentis Latinitatis* and *Vocabulaire latin d'aujourd'hui*. This study 1) explains the fifteen phenomenon, 2) enumerates the various neologisms which are to be found in the four dictionaries and 3) makes a comparison with the corresponding words in four vernacular languages, namely Swedish, English, French and Spanish. Answers have been given to two questions.

A division of the neologisms according to meaning, synonyms and frequency is to be found on two tables. Furthermore I present considerations concerning the importance of finding solutions to the questions which are being put forward by this study concerning the production of new neologisms and the discussion concerning some opinions is shown.

Two questions are treated. 1) The neologisms presented in the vocabularies, are they "Latinizations" of vernacular words? 2) Are the neologisms, particularly those in *Lexicon recentis Latinitatis*, more frequently made up of more words than the corresponding vernacular expressions?

The answers are 1) that none of the neologisms seems to me to be made of a vernacular word, which has been "Latinized", and 2) that the neologisms, particularly in *Lexicon recentis Latinitatis*, are more often made of a greater number of words than the corresponding vernacular expressions. In the other dictionaries, Swedish - Latin, English - Latin and French - Latin there is also a general tendency in that direction. The cases, in which these dictionaries cannot agree on one single Latin neologism in common, suggest a more distressing result.

Français

Ce mémoire contient des néologismes latins, qui sont les paroles correspondantes à quinze phénomènes de notre temps. Voici les vocabulaires, que j'ai utilisés: *Norstedts svensk-latinska ordbok*, *Vicipaedia Latina*, *Lexicon recentis Latinitatis* et *Vocabulaire latin d'aujourd'hui*. Cette étude 1) explique les quinze phénomènes, 2) énumère les divers néologismes trouvés dans les quatre vocabulaires et 3) compare avec les paroles correspondantes dans quatre langues vernaculaires, à savoir le suédois, l'anglais, le français et l'espagnol. Des réponses ont été données à deux questions.

On retrouve une division des néologismes par signification, synonymes et fréquence dans deux tableaux. En plus on trouve des considérations sur l'importance de trouver des solutions aux questions posées par cette étude par rapport à la production de nouveaux neologismes et la discussion sur des divers points de vue est présentée.

Deux questions ont été traitées. 1) Les neologismes présentés dans les vocabulaires, sont-ils des "latinisations" de paroles vernaculaires? 2) Les neologismes, en particulier ceux qu'on retrouve dans *Lexicon recentis Latinitatis*, sont-ils rendus avec plusieurs paroles plus fréquemment que les expressions correspondantes vernaculaires?

Les réponses sont 1) qu'aucun des neologismes ne me semble être fait par une parole vernaculaire, qui a été "latinisée" et 2) que les néologismes de *Lexicon recentis Latinitatis* en particulier sont plus souvent formés par plusieurs paroles que les termes vernaculaires correspondants. Dans les autres vocabulaires suédois - latin, anglais - latin et français - latin on peut trouver une tendance générale semblable. Les cas où ces vocabulaires ne peuvent s'accorder sur un seul néologisme en commun indiquent un résultat encore plus inquiétant.

Español

Esta redacción contiene neologismos latinos que son las palabras correspondientes a quinze conceptos de nuestra era. Estos son los vocabularios que he usado: *Norstedts svensk-latinska ordbok*, *Vicipaedia Latina*, *Lexicon recentis Latinitatis* y *Vocabulaire latin d'aujourd'hui*. Este estudio 1) explica los quinze conceptos, 2) enumera los neologismos diversos encontrados en los cuatro vocabularios y 3) compara con las palabras correspondientes en cuatro lenguas vernáculas, para ser más exacto el sueco, el inglés, el francés e el español. Respuestas han sido dadas a dos preguntas.

Se encuentra una repartición de los neologismos por significado, sinónimos y frecuencia en dos tablas. Además se encuentran consideraciones por la importancia de encontrar soluciones para las cuestiones puestas por este estudio en lo que concierne el proceso de producción de neologismos nuevos y la discusión sobre algunos puntos de vista es presentada.

Dos preguntas han sido tratadas. 1) ¿Son "latinisationes" de palabras vernaculas los neologismos presentados en los vocabularios? y 2) ¿Los neologismos, en particular en *Lexicon recentis Latinitatis*, son devueltos con un número mayor de palabras más frecuentemente que las expresiones correspondientes vernaculas?

Las respuestas son 1) que entre los neologismos ninguno me parece ser hecho por una palabra vernácula, que ha sido "latinizada" y 2) los neologismos, en particular en *Lexicon recentis Latinitatis*, son devueltos con un número mayor de palabras más frecuentemente que las expresiones correspondientes vernaculas. En los otros vocabularios, latino - sueco, latino - inglés y latino - francés también hay la misma tendencia general. Los

casos donde los vocabularios latinos no pueden ponerse de acuerdo por un solo neologismo común muestra un resultado más inquietante.

INDEX CAPITULORUM

	Abstract/Epitome	1
	Index capitulorum	5
1	Ingressio	7
	1.1 Res huius commentationis	7
	1.2 Problema in duabus quaestionibus	8
	1.3 Fontes	17
2	XV novata vocabula: analysis	18
	2.1-2.15 Computatrum – saccus dormitorius	20
3	XV novata vocabula: synthesis	34
	3.1 Prima quaestio: Suntne XV novata vocabula Latina in hac commentatione Latinizationes, ut ita dicam, vocabulorum vernaculorum rerum novarum?	34
	3.2 Secunda quaestio: Suntne synonyma novatorum vocabulorum Lexiconis recentis Latinitatis saepius a pluribus verbis extracta quam synonyma vocabulariorum vernaculorum in hac commentatione praesentata?	42
4	Recapitulatio	54
5	Verba finalia	55
	Opera citata	56

Photographema ultimae paginae e quodam seminario Latino Ferigoletensi in Francogallia est.

Ingressio

1.1 Res huius commentationis

In legatorum popularium coetu Hungarico lingua nostra usque ad annum Domini MDCCCXLVIII^o adhibita est. Dicitur pro lingua Hungarica derelicta esse, quia Latinum vocabulis rerum novarum carere censum est. In hac commentatione nunc videbitis Latinum novatis vocabulis Latinis minime carere; potius est copia. Dixerim, si problema exstat, esse in diversitate multorum novatorum vocabulorum. Hoc problema, id est nimis magna diversitas novatorum vocabulorum, res huius commentationis non est. Hac de ratione tantum hic et in Verba finalia (in capitulo 5) dico in VII casibus XV novatorum vocabulorum in studio huius commentationis unum neologismum communem non exstat. Res huius commentationis itinera ad copiam novatorum vocabulorum est.

Duo pericula in itinere ad copiam novatorum vocabulorum

Alterum periculum itineris ad copiam novatorum vocabulorum "Latinizatio" vocabulorum vernaculorum est. (In 1.2 et 3.1 plus de Latinizatione scribo.) Est etiam alterum periculum in itinere ad copiam novatorum vocabulorum. Mihi videtur esse voluntas non tantum linguam nostram protegendi sed etiam exigendi novata vocabula creata secundum regulas ita severa creanda sint ut saepissime pluribus verbis componantur. Mihi videtur nimia verba, ut notio significetur, difficilem in utendo faciunt linguam Latinam. Ideo volo hac commentatione videre num novata vocabula nobis in vocabulariis Latinis data saepius a pluribus verbis extracta quam vocabula linguarum vernacularum sint.

Iter commentationis per duos quaestiones et novem modos

Quid facere volo?

Duas quaestiones circa creationem neologismorum Latinorum ponere volo.

Prima quaestione num novata vocabula Latina Latinizationes, ut ita dicam, vocabulorum vernaculorum esse possint scire volo.

Secunda quaestione num synonyma novatorum vocabulorum Lexici recentis Latinitatis a pluribus verbis extracta sint quam synonyma vocabulariorum vernaculorum in hac commentatione praesentatorum scire volo.

Quomodo?

Pro primo duas quaestiones praesento (1.2).

Pro secundo contentionem inter Latinistas circa creationem neologismorum praesento (1.2.1).

Pro tertio quomodo dicta Latinistarum in quaestiones meas inferre possim monstro (1.2.2).

Pro quarto quindecim neologismos e textu pro discipulis saeculi decimo septimo in nostram aetatem redacto eligo (1.2.3).

Pro quinto quattuor vocabularia Latina praesento (1.3).

Pro sexto explicationem et comparationem quindecim neologismorum in quattuor variis vocabulariis Latinis et vocabula vernacula Suetica, Anglica. Francogallica et Hispanica praesento (2).

Pro septimo vocabularia synonymorum Sueticum, Anglicum, Francogallicum, Hispanicum et Italicum praesento et quomodo comparationem inter neologismos Latinos et synonyma Suetica, Anglica, Francogallica et Italica ad primam quaestionem respondere possim explico (3.1)

et

quomodo comparationem inter neologismos Lexiconis recentis Latinitatis et synonyma vocabulariorum Suetici, Anglici, Francogallici et Hispanici ad secundam quaestionem respondere possim explico (3.2).

Pro octavo commentationem comprehendo (4. Recapitulatio).

Pro nono exitum studii do (5).

1.2 Problema in duabus quaestionibus

Praescriptio et commentarii huius primae quaestionis in hac pagina dantur. Secundam quaestionem non tantum hic sed potius in 1.2.1 et 1.2.2 commentor.

Prima quaestio, de Latinizationibus

Quid sunt neologismi vel novata vocabula?

Neologismi vel novata vocabula verba sunt, quae necessaria sunt nostra aetate, exempli gratia computatrum, tramen et autoraeda. Quid est verbum meum, ut credo, "Latinizatio"?

Exemplum regiminis severi in Latinizationibus creandis

Magni momenti esse novata vocabula ex origine Latina esse censetur. Ut quisquis dixit: Necesses est ipsum Ciceronem novata vocabula intellegere posse si ad nos reverterit. Hac de ratione nobis non licet verba e linguis vernaculis capere et ea, ut ego id dico Latinizare.

Bonum exemplum Latinizationis

Audivi bonum exemplum Latinizationis a oratore tempore conventus Latini Academiae Latinitatis Fovendae in Jyväskylä anno 1997. Maximum concilium rerum publicarum nostra aetate **riksdag**

(Suetice)/**parliament**(Anglice)/**parlement**(Francogallice)/**parlamento** (Hispanice) appellatur. Ut videtur verbum originis Latinae linguae esse sed cavendum est. **Παραβολή**, verbum Graecum, Latine fit “parabola” Novi Testamenti. Parabolis vel similitudinibus loqui ita frequenter nuntiabatur ut verbum “parabolare” factum sit. In linguis Francogallico et Hispanico parabolare abbreviatum est et **parler** et **hablar** facta sunt. Deinde **parlement** fit, id est locus ubi homines loquuntur. Versio abbreviata tamen Latinum iam non est. Si verbo parabolando utentes locum indicare volumus, ubi homines loquuntur, necesse est dicere ”parabolamentum”(!) Quis illud verbum pronuntiare vult? Nemo. Hac de ratione novatis vocabulis legatorum popularium coetu utamur. “Parlamentum” Latinizatio esse mihi videtur.

Argumenta scriptorum ipsorum vocabulorum Latinorum

Non omnia itinera omnium scriptorum Latinorum ad creationem novatorum verborum invenire potui. In altera commentatione hoc vellem facere. Mihi videtur in hoc libello verba linguarum Sueticae, Anglicae, Francogallicae et Hispanicae cum novatis vocabulis Latinis conferre satis esse.

Secunda quaestio, de novatis vocabulis a pluribus verbis compositis

Minatio?

Dico ego magni momenti esse, utrum novata vocabula Latina longiora an a pluribus verbis composita quam novata vocabula linguarum vernacularum sint.

In 3.2 huic studeo, et quidem si Latinum linguis vernaculis contenditibus obstare possit. Sed nunc regrediamur at primam quaestionem, et quidem num novata vocabula ex origine Latina esse censi possint.

1.2.1 Contentio

In libro *Academia Latinitati Fovendae eius historia per motum Latinitatis vivae considerata* controversiam inter Latinistas circa creationem neologismorum sequi possumus. Hic *Contentio de Latinitate viva an scholastica (1977-78)* invenimus. Magni momenti mihi esse videtur. Bis textum difficilem vobis praebere volo (1.2.1 et 1.2.2). Gaius Licoppe scaenam contentionis, ut ita dicam, introducit. Lector, si textus, qui nunc sequitur, tibi perdifficilis videtur, textum commentariorum meorum infra inspice (1.2.2 Dicta Latinistarum et quaestiones meae).

In Vita Latina fasciculo 66, mense Iunio anno 1977 edito

...in hoc fasciculo est initium contentionis ortae inter Iosephum Mariam Mir et Michaellem Rambaud. Compluries antea Mir in *Vitae Latinae* fasciculis symbolas divulgaverat, quibus de aliquo neologismo fingendo diserte et scienter disceptabat, ut de pedifollio vel de droga. In hoc fasciculo Michael Rambaud, litterarum Latinarum professor in Universitate Lugdunensi, longam symbolam contra neologismos fingendos divulgat sub titulo “De Latinitate religiose colenda”;...¹

Rambaud cum critica contra parum aptos neologismos incohat.

Latinitati faventibus ea quaestio omnium difficillima videtur quomodo res hodiernae et Latine et clare designentur (...) Haud scio an qui hodie Latine scribere velint claritatis Latinitatisque condiciones nonnumquam negligere soleant. (...) Quod si sermonem quandam diffunderemus, speciosae tantum Latinitatis sed falsae, summum bonum nobis propositum perderemus (...) Itaque societati nostrae Vitae Latinae in primis curandum fuit ut is coleretur sermo qui optimo orationis atque stili generi congrueret (...) Constituendum igitur in primis fuit id sermonis genus ut quae hodie Latine scriberentur ad antiquam linguam ediscendam prodessent, ut rursus antiqua lingua a pueris in ludis percepta ad res inter gentes hodie communicandas usui esse possent. Quae cum ita sint, si horribilia toleravimus confici, ut “aeroplanum” vel “subterferrivia”, non in sermonem tantum inquinatissimum decidemus, sed quae in commentario nostro edentur in Lycaeis collegiisque legi non licebit, et recte!²

Rambaud quomodo se expediendum sit cum paucioribus neologismis proponit et omnino infimum limen neologismorum ponit.

(...) Igitur multo melius est magisque ad gentium communicationem accommodatum non nimis multa habere verba, sed quae habentur, eis optima syntaxis forma uti. Id enim memoria custodiamus, in lingua Latina tenues cogitationis differentias syntaxis subtilitatibus reddi. Quaerendumne verbum singulum singulae rei, singulae notioni? Nobis quidem hoc dubitatione plenum videtur (...) Nomen singulum unicuique rei imponere non est hominis cum humanitate communicantis sed artificis suo artis generi dediti. Hac ratione fit artificii unius sermunculus, non lingua hominibus universis proposita (...) Significationem varietates difficultatesque dubiorum verborum solvuntur, dummodo brevibus definitionibus qui dicit utatur. Itaque rectissime et C. Egger et A. Bacci cardinalis res novas paucis Latinisque verbis coniunctis vel verborum etiam ambitu reddendas suaserunt (...) Vitandum in primis ne verbum externum declinationis veste induatur, unde efficiatur ridiculus “sermo macaronicus” (...)

Rambaud Mir reprehendit.

Hac autem ratione, coniunctorum verborum leges observando, R.P.J.M. Mir pediludium (= *football*) e verborum quorundam Latinorum exemplis creavit. Estne tamen id Latinum? Dubitandum. Sunt res huius aetatis denotandae, est lingua Latina antiqua atque religiose colenda (...) Ea ratione, cui adsentire non possimus, Latina quadam veste obtecta,

¹ Guy Licoppe, *Academia Latinitate Fovendae eius historia per motum Latinitatis vivae considerata*, Bruxelles 2014. Melissa, pagina 147

² Licoppe, paginae 147 et 148

verba recentia proferuntur. Nonne fit Latinitatis calamitas, praesertim cum iuniores istis verbis utentes, Latine colloqui se arbitrantur?³

Hoc modo Gaius Licoppe habitum animi Rambaud commentatur. (Post contentionem scriptum est.)

(...) superbe manet in turri eburnea solitudinibus magis magisque circumdata ac custodit sarcophagum mortuae antiquorum linguae, quasi Latinitas post Antiquitatem non floruerit per multa saecula!⁴

Mir Rambaud respondet, quod ad discidium portat.

In *Vita Latina* fasciculo 69, mense Martio anno 1978 edito, Michaeli Rambaud respondet Iosephus Maria Mir; de eius symbolis Gaius Licoppe haec depromit:

“Ea quae praeclarus vir Michael Rambaud in *Vita Latina* scripsit perattento animo legi (...) Optabilis esset mihi quae commodius ut tacitus rem istam praeterirem silentio; sed quoniam in re, primaria agitantur principia, ac praeterea ego ipse saepe – nescio an in universa lucubratione – advocer in causa, necessarium duxi, quid sentiam, aperte explicare (...) nihilque nos progredi multis conatibus et temptaminibus ut lingua Latina ‘hodie’ scribamus aut colloquamur: haec tamquam puerorum ludi habebantur! (...) Eos, qui puram Latinitatem excolunt ac defendunt, qui rigidioribus in lingua Latina usurpanda adstringuntur praeceptis, qui nova respuunt vocabula: hos praeclaros viros nos demiramur, sincera reverentia veneramur, (...) sed eos suum cursum sequi libenter permittimus; nos vero in aliam ingredimur ac deflectimus viam. Qua facta viarum divisione et separatione, omnia fiunt clara...”⁵

De pondere discidii

Supra nuper legere potuimus, quomodo discidium inter Latinistas facta esset. Estne discidium universale inter Latinistas? Nescio. Manet discidium? Nescio. Tamen nunc videmus, quomodo contentio me in hac commentatione scribenda adiuvaverit.

1.2.2 Dicta Latinistarum et quaestiones meae

Repetitio duarum quaestionum

Quomodo dicta Latinistarum in quaestiones meas inferri possunt? Commentationem scripsi, quia his duabus quaestionibus studere volui:

1. Possuntne neologismi Latinizationes, ut ita dicam, verborum vernaculorum esse?

³ Licoppe, paginae 148 et 149

⁴ Licoppe, pagina 149

⁵ Licoppe, paginae 149 - 150

2. Suntne novata vocabula Latina longiora vel a pluribus verbis composita quam novata vocabula linguarum vernacularum?

De gravitate quaestionum

Cur hae quaestiones graves sunt?

Quia per plus quam duo milia annorum lingua Latina nova vocabula rerum novarum creavit. Tamen dicitur fuisse Latinistae ex partibus differentibus Europae in fine medii aevi qui non invicem intellexerunt. Textus, qui sequitur, contentionem monstrat circa principia, quae succedenda sunt, cum neologismi creantur, ut Latinistae semper se invicem intellegant.

Creatio ex Latino

Antequam ipsum textum inchoo, necesse est clare hoc dicere, id est duo Latinistae inter se consentiunt creationem neologismorum faciendam esse cum verbis Latinis – vel Graecis. Si volumus dictione creatio ex nihilo uti possumus; Latinistae creationem necesse esse ex Latino – vel Graeco - inter se consentiunt. Neologismos ab externis linguis non creandos esse censent.

Consensus duorum Latinistarum

*Constituendum igitur in primis fuit id sermonis genus ut quae hodie Latine scriberentur ad antiquam linguam ediscendam prodessent, ut rursus antiqua lingua a pueris in ludis percepta ad res inter gentes hodie communicandas usui esse possent*⁶ /Ego, Andreas, textum litteris obliquis scripsi./

Etiam mihi videtur. Rambaud et Mir eiusdem opinionis de hoc sunt.

Sermo macaronicus

*Vitandum in primis ne verbum externum declinationis veste induatur, unde efficiatur ridiculus “sermo macaronicus”.*⁷ /Ego, Andreas, textum litteris obliquis scripsi./

Hoc modo “macaronique” (in vocabulario Francogallico) explicatur in translatione mea:

poëma macaronicum: poëma ridendum in quo auctor verba Latina et verba linguae propriae commiscit quae ridicule ornantur derivationibus Latinis

/etiam/ Latinum macaronicum caerimoniae *le Malade imaginaire* illius Molière⁸

⁶ Licoppe, pagina 147

⁷ Licoppe, pagina 148

⁸ macaronique in Paul Robert, *Le Grand Robert de la langue française Dictionnaire alphabétique et analogique de la langue française*. Paris 1985. Dictionnaires LE ROBERT

Quamquam exemplum sermonis macaronici nescio, verbum parlamentum praebere vellem, exempli gratia. Aliqua verba de hoc verbo in 1.2.1 facio.

Vultne Rambaud ultra consensum ire?

*Estne tamen id Latinum? Dubitandum. Sunt res huius aetatis denotandae, est lingua Latina antiqua atque religiose colenda (...) Ea ratione, cui adsentire non possimus, Latina quadam veste oblecta, verba recentia proferuntur.*⁹ /Ego, Andreas, textum litteris obliquis scripsi./

Tamen, ut videtur, Rambaud ultra ire in neologismis reiciendis vult. Rambaud pedifollem nuntiat.

Conformatus, “ped-“ (pedis) et “foll-“ (follis), a verbis Latinis est. Argumentatio “pedifollis” esse conversio ad verbum verbi Anglici (**foot** + **ball** = **football**) est. Postulatio Rambaud ad discidium it.

Modus creandi stricto sensu

Id quod sequitur modus est qui a Rambaud quaeritur. Textus eius exemplis caret. Spero me in quadam altera commentatione exempla daturum ex textibus C. Egger et A. Bacci esse.

*Itaque rectissime et C. Egger et A. Bacci cardinalis res novas paucis Latinisque verbis coniunctis vel verborum etiam ambitu reddendas suaserunt (...)*¹⁰ /Ego, Andreas, textum litteris obliquis scripsi./

Commentarii trium Latinistarum finales

G. Licoppe censet hunc modum procedendi esse ut

*superbe manere in turri eburnea solitudinibus magis magisque circumdata ac custodire sarcophagum mortuae antiquorum linguae*¹¹ /Ego, Andreas, textum litteris obliquis scripsi./

Mir censet activitatem suam esse a Michaeli Rambaud visam: *haec tamquam puerorum ludi habebantur!*¹²

Nisi neologismi Latini secundum modum stricti sensus et secundum admonitiones eius creantur, Rambaud *Latinitatis calamitatem*¹³ futuram esse videt

Audita (vel lecta) tremendi nunc quid faciendum est?

⁹ Licoppe, pagina 148

¹⁰ Licoppe, pagina 148

¹¹ Licoppe, pagina 149

¹² Licoppe, pagina 150

¹³ Licoppe, pagina 148

Tempore cruciatarum Hierosolyma iterum muslimis anno MCLXXXVII cecidit. Hac de causa Gregorius VIII bullam *Audita tremendi /severitate iudicii quod super terram Jerusalem divina manus exercuit.../* universo orbi Christiano misit. Papa explicavit casum Hierosolymorum ob peccata Christianorum fuisse et remedium novum passagium esse, id est bellum crucigerorum ut Sancta urbs liberetur.

Et nos, Christiani et non, trememes quia de sarcophago mortuae linguae, de activitate quae habebatur tamquam puerorum ludi et de Latinitatis calamitate legimus, quam explicationem et quod remedium invenire possumus? Nescio sed velim per hoc studiulum XV neologismos illustrare et responsa duarum quaestionum quaerere. Nunc XV novata vocabula eligenda sunt.

1.2.3 Invitatio per saecula

Quindecim neologismos e textu pro discipulis saeculi decimo septimo in nostram aetatem redacto eligo.

Invitatio saeculi septimi decimi

In libro *Orbis sensualium pictus* anno 1775 edito hanc invitationem omnibus sapiendi sitientibus legimus:

Magister: Veni, Puer! Disce sapere.

Puer: Quid est hoc? Sapere.

Magister: Omnia quae necessaria /sunt:/ recte intellegere, recte agere, recte eloqui.

Puer: Quis me hoc docebit?

Magister: Ego, cum Deo.

Puer: Quomodo?¹⁴

Fons illius temporis

His verbis Johannes Amos cognomine linguae suae Komenský alumnum in mundum sapientiae invitavit. Komensky, Comenius lingua nostra, in Tzechoslovachia natus, sacerdos et scriptor operum philosophiae pedagogiaeque, a possessore officinae ferrariae Finspong Louis de Geer (ex origine Belgica) in Suetiam invitatus est et a clarissimo viro Suetiae illius temporis, Axel Oxenstierna, rogatus est, ut scriberet libros de Latino scholis Sueticis. Comenius non tantum libros de lingua nostra scribere cupiebat sed etiam de scientia rerum circumstantium. Hac de ratione pueros promittit discere sapere.¹⁵

Invitatio hodie

¹⁴ Johann Amos Comenius, *Orbis sensualium pictus*. Noribergae 1668. Sumptibus Michaelis & Johannes Friderici Endteri, pagina 6

¹⁵ Olof Marcusson et Dag Nordberg, *Med lärde på latin. En kulturhistorisk läsebok*. Arlöv 1988. Almqvist och Wiksell Läromedel AB, pagina 121

Tempora mutantur et nos mutamur in illis.

Hodie eos sapientiae variarum generum sitientes hoc modo convocare possimus. Narrationem quae sequitur ego scripsi. Dialogos est inter nos et aliquem qui se ad saltum in Latinitatem parat, “salibundus”. Sit venia verbo.

Nos: Veni, Latinista salibunde! Disce Latine loqui.

Latinista salibundus: Quid est hoc? Latine loqui?

Nos: Omnia ad quae nostra lingua possibilia sunt: ad intelligendum, ad agendum et ad eloquendum proferre.

Latinista salibundus: Quomodo in orbem Latinum saliemus?

Fons nostrae aetatis

Nos: In computatro varia seminaria Latina invenire possumus, praecipue in continente Europaea. Ibidem tesserae emi possunt, ut tramine, aeroplano vel simpliciter autoraeda (sine tessera) ad locum adventus nostri vehemur. Emptus, ut omnes nostra aetate sciunt, chartulam creditoriam quaerit. Quamquam in Unione Europaea vivimus, antepono portandum commeatus diploma reliquendo id domi. Negotia quae adhuc manent rete informatico vel telephonice expedire poterimus. His factis iter pluribus nobis autoraeda longa vel taxiraeda incohat. Peregrinantes signis, quadris visificis et megaphonis adiuvantur. Sine ullo verbo linguae Francae nostrae aetatis, Anglicae, ad exitum optatum pervenire poterimus. Illic amici Latinistae te adiuvant lingua vernacula in deversorio et cauponis nec sacco dormitorio egebis.

Vade mecum et nobiscum!

De seminario Latino locutus sum. Quid est seminarium Latinum? Sunt seminaria Latina duorum generum. Altera seminaria variarum universitatum studiorum, altera seminaria motus Latinitatis vivae sunt. Ecce seminarium primi generis universitatis Lundensis meae: *Latin – forskarseminariet*. Illic strenue et indefesse lingua vernacula opus suum pro Latinitate efficit.

Seminaria motus Latinitatis vivae lingua nostra utuntur. In colloquio supradicto inter Latinistam salibundum et nos ad tale seminarium motus Latinitatis vivae eum participem advehere conamur.

Lector, si novata vocabula sunt quae ignoscis, noli timere, in parte 2 nostra lingua et quattuor linguis vernaculis explicabuntur.

1.2.4 XV novata vocabula: praesentatio

Ideo, ut ad seminarium Latinum perveniamus, haec verba maximi momenti sunt: *computatrum -i* (neutrum genus), *tessera -ae* (femininum), *tramen -inis* (n.), *aeroplanum -i* (n.), *autoraeda -ae* (f.), *chartula -ae creditoria -ae* (f.), *commeatus diploma -tis* (n.), *rete -is informaticum -i* (n.), *telephonum -i* (n.), *autoraeda -ae longa -ae* (f.), *taxiraeda -ae* (f.), *signum -i* (n.), *quadrum -i visificum -i* (n.), *megaphonium -i* (n.) et *saccus -i dormitorius -i* (masculinum)

Haec commentatio de statu horum verborum in lingua nostra tractabit.

De pondere seminariorum Latinorum

Pro primo quomodo novi ego verba linguae nostrae rerum novarum nostrae aetatis? Multa colloquia in seminariis Latinis habui et ea ratione varia verba novi sed saepissime vocabulario Suetico-Latino illius Ebbe Vilborg utor, ut certior sim.

Quantitas synonymorum potius quam similitudo inter linguas

Ut textus sequens facilius intellectu sit dico esse tres modos nomina explicandi. "Notio" est cogitatio significationis, ut ita dicam. Plura "vocabula" ad eandem notionem pertinere possunt. In hac commentatione studium XV notionum, quae sunt novata vocabula, factum est. In pagina post XXII omnia vocabula XV notionum videre potes. Vocabula necessaria sunt ad notiones exprimendas. "Verba" necessaria sunt ad vocabula exprimenda.

Indice quindecim novatorum vocabulorum facto cum vocabulario Suetico-Latino supra dicto contuli. Miratus ob similitudinem inter indicem, ut ita dicam, meum et vocabularii illius Ebbe Vilborg non sum sed potius ob quantitatem eius synonymorum. Praeter quattuor vel quinque notiones (ex quindecim) plura vocabula habent synonyma.

Lexicon recentis Latinitatis rara avis

Cum *Lexicon recentis Latinitatis* ab Academia Latina Vaticana ederetur, magnum fuit gaudium. Tandem vocabularium novatorum vocabulorum nostrae aetatis exstabat, quod ab instituto, in quo adhuc lingua nostra adhibita erat, emissa erat. Sed deinde facta est exspectatio. Permulta vocabula in Lexico a pluris verbis facta erant. Saepe neologismi Lexici recentis Latinitatis non vocabula significabant sed describebant. Ut iam legimus, Rambaud *res novas paucis Latinisque verbis coniunctis vel verborum etiam ambitu reddendas* esse quaerit. Difficillime tantum uno verbo hoc efficiatur, mihi videtur. Rambaud in sociorum numero collegii Lexici recentis Latinitatis est. Ei videtur C. Egger (et A. Bacci cardinalis) optime creare neologismos Latinos - sine dubio non tantum uno verbo. Etiam Egger particeps collegii delectorum Lexici recentis Latinitatis est. Nescio partem eorum in labore creandi novata vocabula in hoc Lexico. Tamen mihi videtur ob hanc causam magni momenti esse praecipue novatis vocabulis Lexici recentis Latinitatis studere.

Lingua nostra in se paucorum verborum est

Pro primo, una virium Latini ingenium tantum uno verbo vocabulum exprimendi est. Suetice modus dicendi est, qui hanc admirationem exprimit: *stålblanka romarcitat* (= verba commemorata Romana chalybeie nitentia). Novimus optimum exemplum horum verba commemorata: Veni, vidi, vici.

”Survival of the fittest” (se maxime accomodantes supervivunt)

Pro secundo mihi videtur esse proclivitas in omnibus linguis ad abbreviandum, ad vocabula minimi numeri litterarum vel sonorum. Anglicum, Francogallicum Hispanicumque linguae sunt quae ortae sunt in territorio veteris imperii Romani. Plurane verba quam XV verba eis necessaria sunt, ut XV notiones huius commentationis exprimantur? Plurane verba eis necessaria sunt quam linguae nostrae? Si Latino plura verba necessaria ut XV notiones exprimantur quam Anglico, Francogallico Hispanicoque, timeo ne vis linguae nostrae minuatur, quia proclivitas in omnibus linguis ad abbreviationem remunerandam est, quae se vocabulis paucorum verborum accomodant, ut Anglice “survival of the fittest” dicitur.

Vestigiane terrent?

Ecce vobis exempla modum excedentia Lexici recentis Latinitatis: quattuor verba necessaria sunt, ut autoraeda longa exprimantur (“autocinetum inter uncas rotundas”) et usque ad octo verba necessaria ut quadrum visificum (“tabula dilucida in qua numeri et signa describuntur”). Ergo si haec exempla modum excedentia instar exempli vocabulorum plurium verborum essent, vestigia terrent.

1.3 Fontes: quattuor vocabularia Latina

In quibus vocabulariis novata vocabula petivi?

Vane petens

Conabar invenire varios libros nostrae aetatis novata vocabula continentes. *Langenscheidts Grosswörterbuch Latein*, editum anno 1989, inter alia inveni. Sed annum editionis (1989) tantum est annum quintae decimae editionis(!) Prima editio fuit anno 1918(!) Domus editoria novam vel ultimam editionem immutatam versionem versionis praeteritae esse nuntiat. (In indice scriptorum, quorum dicta in vocabulario inveniantur, tantum auctores classici insunt.)

Facilius vocabularia sine novatis vocabulis invenire

Idem dici potest de *Thesaurus linguae Latinae edito auctoritate et consilio academiarum quinque Germanicarum*. Volumen I editum est anno 1900. Volumen X:2, fasciculum XIV editum est anno 2004. Adhuc *Thesaurus linguae Latinae* non ad ultimam litteram alphabetae Latinae pervenit. Ideo facilius est vocabularia indicare in quibus novata vocabula non insunt...

Quattuor fontes novatorum vocabulorum et explicatio electionis meae

Cum *Norstedts svensk-latinska ordbok* (quod posthac Vocabularium Vilborg appellabo) anno 2001¹⁶ editum sit, mirabilissimus eventus erat, quia iam fere saeculum post editionem praeteritam vocabularium Cavallin praeclari Latinistae transierat. Magni successus gratia apud instrumenta divulgationis et venditionis anno 2009 editio secunda venit. Iterum ab Ebbe Vilborg scriptum est.

Retis informatici gratia etiam interretice novata vocabula petere possumus: <https://la.wikipedia.org> (quae posthac Vicipaedia Latina appellabo)¹⁷. Commentarii vocabulorum Latine facti sunt.

*Lexicon recentis Latinitatis*¹⁸ (quod posthac simili modo appellabo), an sit non plus ultra? Est vocabularium Academiae Latinae Vaticanae. Ecclesia catholica est unicum institutum quod adhuc lingua nostra utitur.

In seminario ad quod saepissime Latine locutum eo, *Vocabulaire latin d'aujourd'hui*¹⁹ vel “Calepinus Novus” (quod est nomen quo utabor) magis in usu est, mihi videtur. In Belgica editum est. Certe cetera vocabularia exstant. Hoc modo explicare volo, cur haec quattuor vocabularia elegi. Causae sunt aliud ex patria universitatis studiorum meae est, aliud e spatio cybernetico, aliud a capite mundi Latini et aliud ex patria seminarii a me dilectissimi.

Ergo nunc explicatio et comparatio inter quindecim neologismos in quattuor variis vocabulariis Latinis et vocabula vernacula Suetica, Anglica. Francogallica et Hispanica dantur.

2 XV novata vocabula: analysis

Analysis in partes tres divisa

Nunc analysis XV novatorum vocabulorum sequitur. Analysis cuiusque vocabuli divisa est in partes tres, quarum una dat significationem lingua nostra (2.1.1, 2.2.1 et 2.3.1 exempli gratia), ut Cicero (fortasse) eam lingua sua intellegat, si a morte rediverit, aliam dat versiones vocabuli quattuor vocabulariorum linguae nostrae (2.1.2, 2.2.2 et 2.3.2 exempli gratia), tertiam versiones vocabuli quattuor vocabulariorum, scilicet Suetici, linguae universitatis studiorum meae, Anglici et Francogallici et Hispanici, linguarum secundum Unitas Nationes universalium quae in territorio imperii Romani ortae sunt (2.1.3, 2.2.3 et 2.3.3 exempli gratia).

Unaquaeque pars secundum rationem suam

¹⁶Norstedts Svensk-Latinska ordbok, pagina III

¹⁷*Vicipaedia Latina* 2018-06-15 et 2021-06-22

¹⁸*Lexicon recentis Latinitatis. Volumina I et II.* Roma 1992 + 1997. Opus fundatum “Latinitas”

¹⁹Licoppe, Guy et Deraedt, Françoise, *Vocabulaire latin d'aujourd'hui*.

Bruxelles 2004. Fundatio Melissa et Musée de la maison d'Érasme

Prima pars analysis scripsi, ut lingua nostra per se illustretur. In alia parte spero omnes lectores intellecturos esse, problema, ut ita dicam, linguae nostrae nostra aetate non esse in parvo numero novatorum vocabulorum sed in abundantia eorum. In tertia parte pro certo exploro num vocabula rerum novarum primum in vocabularia vernacula, secundum in vocabularia Latina intraverint. Nullum horum quattuor vocabulariorum novatorum vocabulorum vetustius est quam triginta annos. Neologismi vernaculi ante hos annos exorti sunt. Hoc est summa condicionis 3.1 (*Primae quaestionis*), ubi pro certo exploro num novata vocabula Latina Latinizationes vocabulorum vernaculorum sint. Nonne manifestum est, id est vocabula vernacula semper anteriora et seniora, novata vocabula nostrae linguae posteriora et iuniora, esse? Non, inspice 2.2 (*Tessera*²⁰).

Vetustissimum iuvenissimumque vocabularium Latinum

Ecce anni Domini editionis quattuor vocabulariorum Latinorum: Vocabularium Vilborg, MMIX^o, Vicipaedia Latina, MMII^o, Lexicon recentis Latinitatis, MCMXCII^o et MCMXCVII^o et Calepinus Novus, MMIV^o. Ergo vetustissimum vocabularium editum quattuor vocabulariorum linguae nostrae anno Domini MCMXCII^o est (Lexicon recentis Latinitatis), iuvenissimum MMIV^o (Calepinus Novus). Cum neologismis linguarum vernacularum conferimus. Scio annum editionis vocabularii non eandem rem esse ut annum editionis neologismi. Tamen pergamus. Vetustissimus annus creationis, ut ita dicam, omnium neologismorum vernaculorum annus MDXX^o (passeport) est, iuvenissimus annus MCMLXII^o (calculateur). Mirabile visu ambo neologismi vernaculi, vetustissimus et iuvenissimus, Francogallici, neque Suetici neque Anglici neque Hispanici, sunt.

Vetustissima novata vocabula Latina

Ideo videmus nullum novatum vocabulum Latinum veterius quam XXX annos esse. Censeo, quamquam comparatio fit inter vocabularia Latina et neologismos vernaculos, plus minusve, ut ita dicam, probatum esse neologismos Sueticos, Anglicos, Francogallicos Hispanicosque seniores esse quam novata vocabula linguae nostrae, praeter tesseram.

Unde veniunt novata vocabula mea?

Novata vocabula, quae post unamquamque enumerationem in 2.1 – 2.15 (computatrum – saccus dormitorius) leguntur, mea sunt, ut ita dicam. Saepissime ea in Vocabulario Vilborg inveni sed non semper. Ecce vocabulum inter XV studii huius commentationis, quae in Vocabulario Vilborg non invenitur: autoraeda longa. Ecce vocabula quae in vocabulario supradicto autoraedae longae respondent: autocurrus publicus, autovehiculum publicum, laophorum, coenautocinetum et autocurrus urbanus. Autoraedam longam novi, cum

²⁰ Prima significatio huius verbi est ut "alea".

acroases in seminariis Latinis audiverim. Cum hoc vocabulum iam novissem, non necessarium iterum ea in Vocabulario Vilborg quaerere mihi visum est.

Unde veniunt hae novata vocabula quae in seminariis didici? Cum plures participum seminarii Latini a me dilectissimi Francogalli sint et ideo sine dubio Calepino Novo utantur, credidi ea vocabula in illo vocabulario inventurum esse. Mirabile visu non sunt(!) Autoraeda longa omnino non exstat(!) Megaphonum neque in Calepino Novo sed in Vicipaedia Latina et Lexico recentis Latinitatis invenitur.

2.1 Computatrum

2.1.1 Quid est? Secundum *Svenska Nationalencyklopedin*, **dator**, machina automataria ad scopum computandi et symbolorum tractationis est. Appellatio semper fere ad numerarium /vel digitale/ electronicum computandum, cuius calculationes reguntur a programme vel ordine rerum agendarum quae in memoria reposita est, pertinet.²¹

2.1.2 Vocabularium Vilborg primum ”instrumentum/ computatrum” sed etiam ”computatrum” et ”ordinatrum” dat. Vicipaedia Latina eadem verba indicat et esse machinam computandi vel computationes ordinandi explicat. In Vicipaedia Latina etiam verbum “minutum calculi” (electronici scilicet instrumentum) “a quibusdam hominibus”²² nuncupatum invenitur. Est etiam forma pro versione gestabili: “computatrum gestabile”.

Ut saepe videbimus in Lexico recentis Latinitatis plura verba pro vocabulo inveniuntur, pro quo Suetica, Anglica, Francogallica et Hispanica linguae tantum unum verbum requirunt. Adhuc praeter Vicipediam Latinam (“machina computandi” vel “machina computationes ordinandi”) linguam nostram tantum unum verbum quaerere vidimus. Lexicon recentis Latinitatis unum vocabulum duobus verbis exprimit. Est “instrumentum computatorium”.

2.1.3 In lingua Suetica verbum **dator** (ab Latino do) ab annis L praeteriti saeculi exstat. (Frustra annum creationis, ut ita dicam, in *Svenska Akademiens Ordbok*, quod Latine ”Vocabularium Academiae Sueticae” fit, petivi. Facile intellegitur; illud volumen anno MCMXXV^o editum est.) Anglice nomen **computer** est (1897! sed confer annos ambarum ceterarum linguarum, id est Francogallicae et Hispanicae). Francogallice **ordinateur** vel **calculeur** (unum tantum verbum 1962) et Hispanice **computadora** vel **ordenadora** est. Non semper facile optimum verbum invenire

²¹ *Nationalencyklopedin. Statens kulturråd. Höganäs 1990 – 1995. Bokförlaget Bra Böcker AB, dator: volumen 4, pagina 434, columna 1:*
automatisk maskin för beräkning och symbolbehandling. Benämningen avser nästan alltid en digital, elektronisk dator vars operationer styrs av ett i dess minne lagrat program.

²² *Vicipaedia Latina* 2018-06-15

est, quod idem ut explicatio in *Svenska Nationalencyklopedin* supra est. Francogallice etiam **calculateur mécanique** ab anno 1859(!, duo verba) exstat.

2.2 Tessera

2.2.1 Quamquam explicatio huius verbi, “tessera”, in *Vocabularium Vilborg* inest, in *Disciplina universalium compendio Suetico* (= *Nationalencyklopedin*) primum inspicere volo. Ecce problema! Tessera, **biljett**, indicatur esse “vocabulum e stemmatum disciplina, imago communis sic dicta in forma parvi rectagoni plerumque argentea. Tessera (**biljett**) in variis connexibus sub imagine productionem chartae vel operam nuntiorum properiorum vel publicorum legatorum exprimit.”²³ (translatio mea) Haec pro dolor vetus significatio est. Non tali tessera iter facere ad seminarium Latinum possumus(!), tamen cum tessera antiqua possemus, quia vocabulum iam in antiquitate exstabat(!)

2.2.2 Etiam Axel W. Ahlberg, Nils Lundqvist et Gunnar Sörbom, scriptores vocabularii Latini-Suetici, nobis explicationem verbi dant. Duae significationum indicant: ius particeps distributionem frumenti participandi et ius in circenses et alia intrandi. Haec significatio antiqua etiam nostra aetate valet(!)

Vocabulario Vilborg satis de tessera loqui est. In *Vicipaedia Latina* hoc verbum non inest. *Calepinus Novus* tesseram indicat. *Lexicon recentis Latinitatis* ter bina, id est sex, verba habet. “Tessera vectoria”, “tessera itineraria” et “tessera viaria” sunt.

2.2.3 Verbum Latinum cum Anglica, Francogallica, Hispanica et Suetica linguis comparare necesse non est, cum iam in tempore antiquitatis verbum idoneum exstaret, tamen faciam quia verbum trium linguarum vernacularum ad fontem Latinam ducit.

Biljett primum in quodam textu Suetico anno 1815 invenitur. Ex origine Francogallica est. Hac de ratione ad *Le Grand Robert* imus, qui nobis annum 1680 dat. *Nationalencyklopedin* explicat verbum in Francogallico vetustiore (*äldre*) **billet/t/e** esse et in Francogallico prima originis (*fornfranska*) **bullet/t/e**, id est documentum.

Disciplinarum universarum compendium Sueticum nos ad **bullā**, linguae nostrae, ducit.

Hispanica lingua **billete** habet et verbum Anglicum, **ticket**, omnino differt.

2.3 Tramen

²³ *Nationalencyklopedin*, biljett: volumen 2, pagina 551, columna 2:

heraldisk term: en s.k. allmän bild i form av en liten rektangel, vanligen i form av silver. Biljetten kan i vissa sammanhang symbolisera t.ex. papperstillverkning eller kurir- eller diplomatverksamhet.

2.3.1 Hoc *Nationalencyklopedin* scribit (**tåg**): secundum ordinem securitatis viae ferratae unus vel plures vehicula viae ferratae quae secundum indicem horarum ducuntur.²⁴

2.3.2 Duo verba sunt: "tramen" et verbum originis Graecae "hamaxostichus". Lexicon recentis Latinitatis tamen solum hamaxostichum indicat. Exempla dat ("hamaxostichus expeditissimus", "hamaxostichus rapidus" vel "hamaxostichus extraordinarius") sed, mirabile visu, unum tantum verbum est, hamaxostichus. Quae est causa? In *Vicipaedia* scriptum est

In Latinitate tamen hodierna non solum voce hamaxostichi, sed etiam voce traminis (tramen – inis, n.) a verbo temporali (traho, -ere, traxi, tractum) utimur. Quae vox quin etiam solidior apud hodie Latine loquentes ac scribentes videtur, ad minimum in partibus Europae mediis. /Ego, Andreas, lineam duxi./ Nonnulli quoque hanc vocem, quippe quae eodem modo sicut et e.g. vox Theodisca "Zug" vel Bohemica "vlak" sit creata eandem etymologiam sicut vox Francogallica et Anglica train habeat, aptiorem elegantiolemque censent.²⁵

Lexicon recentis Latinitatis, extra partes Europae medias, scriptum est. Calepinus Novus, in partibus Europae mediis scriptum, tantum tramen indicat.

2.3.3 Verbum **tåg** primum textum Sueticum anno 1858 intravit. Verbum originis Theodiscae est, **Zug**. (Vide supra) Verbum Francogallicum in quodam textu iam anno 1827 exstabat, sed saepe cum verbis sequentibus, exempli gratia (train) **de voyageurs**. Unum tantum verbum, **train**, post annos XL saeculo XIX^o invenitur. Eodem modo est in Anglico annis 1824 et 1883. Hispanice **tren** dicitur.

2.4 Aeroplanum

2.4.1 Post divisionem variorum aeroplanorum in quinque classes, scilicet aeroplana communia, aeroplana commeatus, aeroplana militaria, helicoptera et aeronaves velivolae²⁶, sequitur in *Nationalencyklopedin* descriptio aeroplani - *flygplan*. "Aeroplana hodierna fundamentaliter eandem formam ut aeroplanum fratrum Wright anni 1903 habet. Corpus volandi (*flygkropp*) onus, gubernatorem et apparatus continet. Ab alis portatur, quae vim sublime avolandi generant..."²⁷

²⁴ *Nationalencyklopedin*, tåg: volumen 18, pagina 570, columna 1:
enligt järnvägens säkerhetsordning (såo) ett eller flera järnvägsfordon som framförs enligt tidtabell.

²⁵ *Vicipaedia Latina*, tramen

²⁶ *Nationalencyklopedin*, flygplan: volumen 6, pagina 422, columna 1 – 2:
allmänflygplan... trafikflygplan... militärflygplan... helikoptrar... och segel- och glidflygplan

²⁷ *Nationalencyklopedin*, flygplan: volumen 6, pagina 422, columna 2:
Dagens flygplan har principiellt samma utformning som bröderna Wrights flygplan från 1903. En *flygkropp* innehåller last, förare och utrustning. Den bärs upp av *vingar*, som alstrar lyftkraft...

2.4.2 Vocabularium Vilborg "aëronavem", "aëroplanum", "aërium vehiculum" et "machinam volatilem" indicat. Vicipaedia Latina, quae etiam nobis significationem "vehiculum aërium aëre gravius, alis firmis instructum, gestu corporis cum potestate volandi, omnino uno pluribusve motoris propulsum"²⁸ dat, eadem verba praeter aëronavem et cum inversione verborum aërii et vehiculi, id est "vehiculum aërium", dat. Lexicon recentis Latinitatis eadem vocabula ut Vocabularium Vilborg, praeter machinam volatilem et coniunctionem verborum aërii vehiculi ad "aërovehiculum", habet. Calepinus Novus tantum aeroplanum indicat. Ideo varietas inter vocabula magna est et saepe tantum unum verbum pro vocabulo satis non est.

2.4.3 Verbum Sueticum **flygplan** primum anno 1913 inventum est. Anglicum verbum **aeroplane** iam anni 1873 est. Francogallicum verbum **avion** (1875) Hispaniae verbum **avión** dedit, quod tamen tantum bello mundano primo usa est. Suetica et Anglica linguae a vehiculo volandi inspirantur, Francogallica et Hispanica ab avi.

2.5 Autoraeda

2.5.1 Nationalencyklopedin scribit

Bil

Edictum commeatus viarum (*Vägtrafikkungörelsen*) autoraedam esse vehiculum machinamenti indicat, quod tres vel quattuor rotas aut pedes trahae aut taeniam habet et quod non esse autobirota vel autobirota censendum est. Autoraedae in autovehicula hominibus vehendis, autoraedas longas et autocineta oneraria dividuntur. Autovehiculum hominibus vehendis autoraeda est, quae praecipue pro vectio personarum tamen non plurum quam gubernatoris et octo viatorum instituta est. Autoraeda longa autoraeda est, quae pro vectio plurum quam octo viatorum praeter gubernatorem instituta est, quamquam etiam pro alio proposito instituta est.²⁹ /Sequitur indicatio autocineti onerarii./

2.5.2 Vocabularia in Suetia, in Belgica et, ut ita dicam, interretice edita eadem vocabula indicant: "autoraeda" et "autocinetum". Lexicon recentis Latinitatis tantum autocinetum sed etiam synonymum "automatica raeda" dat. Vicipaedia Latina, quae etiam "autocurrus", "currus automobilis" et "ipsomobile" enumerat, et significationem habet: vehiculum cum rotis, primum quattuor, in usu celeriter populos ad alios locos

²⁸ *Vicipaedia Latina*, aeroplanum

²⁹ *Nationalencyklopedin*, bil: volumen 2, pagina 535, columna 2:

Vägtrafikkungörelsen anger att en *bil* är ett motorfordon som är försett med tre eller flera hjul eller medar eller med band och som ej är att anse som motorcykel eller moped. Bilar indelas i personbilar, bussar och lastbilar. *Personbil* är en bil som är inrättad huvudsakligen för befordran av personer, dock högst förare och åtta personer. *Buss* är en bil som är inrättad för befordran av fler än åtta personer utöver föraren, även om den dessutom är inrättad för annat ändamål.

transportare. Actum est autocinetum aut vi vaporea, aut vi electronica aut vi petroleica et gubernatur a persona.³⁰

Ideo praeter ea in Vicipaedia Latina et Lexico recentis Latinitatis tantum duo verba nobis praebentur, autoraeda et autocinetum. Ut videbimus infra, varietas verborum minor inter vocabularia nostrae linguae quam inter vocabularia vernacula est.

2.5.3 **Bil**, quod a verbo **automobil** venit, primum anno 1902 visum est. Francogallicum tamen primam partem automobil ut **auto** (1896) cepit. Et Francogallicum **automobile** antea (1861) usum est. Primum verbum Francogallicum, ut videtur, **locomobile** erat. Hispanicum toto verbo, **automóvil** (1909) utitur. Tamen hoc vehiculum saepius **coche** appellatur. Origo in **kocsi** Hungarici vel **koczi** Tzechi habet. Per imperium Habsburgicum ad Hispanicam linguam pervenit. Primum documentis anno 1548 confirmatum est. Anglicum **car** (1896) utitur quod, mirabile auditu, a lingua nostra orta est. Iam novimus verbum currum sed sine dubio non omnes nos formam parallela, carram, originem illius car Anglici novimus.

2.6 Chartula creditoria

2.6.1 *Nationalencyklopedin* non multa verba habet de hac re, **kreditkort**, qua permulti saepissime utuntur: tessera pecuniaria cum licentia pecuniae creditae usque ad certam maximam summam. Solutio unoquoque mense totius vel partis debitae pecuniae fit.³¹

2.6.2 Hoc verbum primum in indice XV novatorum vocabulorum est, quod non in omnibus quattuor vocabulariis invenitur. Nec Lexicon recentis Latinitatis nec Calepinus Novus verba habet. Vocabularium Vilborg tamen - vide supra titulum – et “tessera pecuniaria” habet.

Vicipaedia Latina, quae nobis “tabella tributaria” et “tessera pecuniaria” dat, explicat. “Est symbolus et ratio solvendi quod sinat beneficiarium vel emptorem causa spondendi pecuniam debitam pro merce minsteriorove solvere. Magnitudo est 85,60 x 53,98 millimetra patente.”³²

Gaudendum est quia quamquam non ubicumque invenitur, tamen exstat unum vocabulum commune: tessera pecuniaria.

2.6.3 In *Svensk ordbok öfver svenska språket* (= Svenska Akademiens Ordbok) non inveni annum, cum **kreditkort** primum in quodam textu Suetico visum sit. Sine dubio causa vetustatis vocabularii Academiae est. **Credit card** originem in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus anno 1888 habet. *Le Grand Robert*

³⁰ *Vicipaedia Latina*, autoraeda

³¹ *Nationalencyklopedin*, kreditkort: volumen 11, pagina 391, columna 2:
kontokort med beviljad krediträtt upp till ett visst högsta belopp. Betalning sker med hela eller en del av skulden varje månad.

³² *Vicipaedia Latina*, chartula creditoria

non annum dat sed scribit **carte de crédit** originem habere e verbis Anglicis. *Diccionario crítico etimológico castellano e hispanico* **tarjeta de crédito** indicat.

2.7 Commeatus diploma

2.7.1 “Documentum identitatis quod usitate ad iter peregre pertinet et a auctoritate in re publica datur, ubi viator civis est.” (**Pass**, *Nationalencyklopedin*³³)

2.7.2 Etiam difficilius cum hoc vocabulo quam cum chartula creditoria fit. In Vicipaedia Latina vel in Lexico recentis Latinitatis omnino non invenitur. In Calepino Novo invenitur sed aliud est, “syngraphus”. Nomen vocabuli huius tituli supra e vocabulario Vilborg est.

2.7.3 Initium huius verbi in Italico nomine **passaporto** invenitur. Verbum “licentia portum transgrediendi” significat. Theodisce **Pass** factum est. In textu Suetico iam anno 1588 invenitur. Anglicum (**passport** 1546), Francogallicum (**passeport** 1520) et Hispanicum (**paseporte** a Francogallico **passeport** 1520) vocabulum longum duorum verborum (passa + porto) retinent. Initium verbi **passaporto** tamen in Latino, passus a passare* Latini vulgaris, invenitur quod documentis confirmatum non est. **Porto** verbum Italicum, “portus” verbum linguae nostrae est.

2.8 Rete informaticum

2.8.1 *Nationalencyklopedin* nobis explicat **Internet** esse “rete mundanum computatrorum proquod communibus tabulis communicationis (**kommunikationsprotokoll**) utitur... Rete informaticum (**Internet**) a coetis laboris cum legatis retorum utentium adiunctorum regitur.”³⁴ Verbum cum prima littera maiuscula vel minuscula exstat.

2.8.2 Vocabularium Vilborg duo vocabula habet, “Interrete” (cum prima littera maiuscula) et “rete informaticum”. Vicipaedia Latina Interrete cum prima littera maiuscula indicat.

In Calepino Novo verbum interrete indicatur (cum littera minuscula). Hoc verbum non in Lexico recentis Latinitatis invenitur.

In Lexico enim “ars certorum elaboratoria”, “res nuntiatoria”, “ars nuntiatoria” et “disciplina informativa” invenimus. Longa sunt verba et nullum verbum in supradictis vocabulariis inveniuntur.

³³ *Nationalencyklopedin*, pass: volumen 15, pagina 3, columna 3:

legitimationshandling, som normalt avser resa utomlands och utfärdas av en myndighet i den stat där den resande är medborgare.

³⁴ *Nationalencyklopedin*, Internet: volumen 9, pagina 516, columna 3:

världsomspännande nät av datorer som använder ett gemensamt kommunikationsprotokoll... I. styrs av arbetsgrupper med representanter för de anslutna nätens användare.

2.8.3 Problemata variorum generum et in vocabulariis linguarum nostrae aetatis sunt. **Internet** in *Ordbok övfer svenska språket* non inest (1985) sed causa sine dubio celeritas rerum novarum est. Anglicum, ut videtur, iam 1883 verbum noverat sed cum significatione omnino differens (**internetted emotions**). Francogallicum verbum (**internet**) cum prima littera minuscula habet, Hispanicum verbum (**Internet**) cum prima littera maiuscula; annos in quo primum visa sunt verba in textis duarum linguarum non inveni.

2.9 Telephonum

2.9.1 Duo verba Graeca inter XV novata vocabula sunt: “telephonum” et “megaphonium”. Tele, τήλε, remotus et phone, φωνή, vox vel sonus. Hoc modo textus in *Nationalencyklopedin* sequitur

Telefon

Telephonum et constat ex apparatu ut loquutio (sonus) in aere commutet in fluxus electricos in rete telephonico et vice versa, et ex apparatu ut significationes ad rete telephonicum mittantur et a rete recipiantur. Tali modo microphonum telephoni, quod saepe in telephonico exceptaculo inest, vocem et sonum in fluxus electricos commutat, qui in fortitudine (amplitudine) et radiophonicarum undarum frequentia cum altero gradu, altera frequentia locutionis variant.³⁵

2.9.2 Omnia vocabularia praeter Calepinum Novum duas verborum scribendorum rationes indicant. Sunt cum aut sine littera i, quae tum ante terminationem generis neutri -um inscribitur: “telephonium” loco “telephonum”. Calepinus Novus ipse telephonum indicat.

Lexicon recentis Latinitatis nobis synonymum “apparatus telephonus” dat.

2.9.3 **Telefon** in textum Sueticum primum 1889 intravit. A Theodisco **Telefon** venit, quod P. Reis, qui ipse rem inventam **Telephon** appellavit, anno 1861 excogitavit. In Anglico (**telephone**) 1866, in Francogallico (**téléphone**) 1809(?) et Hispanico (**teléfono**) 1884 primum verba lecta sunt. (Non intellego annum Francogallici, 1809.) Ut videtur, in verbo telephono maxima similitudo inter vocabularia linguae nostrae et vocabularia Suetici, Anglici, Francogallici et Hispanici fit.

2.10 Autoraeda longa

³⁵ *Nationalencyklopedin*, telefon: volumen 18, pagina 145, columna 3:

Telefonen består dels av utrustning för omvandling av tal (ljud) i luften till elektriska strömmar i telenätet och vice versa, dels av utrustning för sändning och mottagning av signaler till och från telenätet. Sålunda omvandlar telefonens *mikrofon*, ofta placerad i telefonluren, tal och ljud till elektriska strömmar, vilka varierar i styrka (amplitud) och frekvens med nivån resp. frekvensen i talet.

2.10.1 In 4.5 (Athoraeda) hoc de athoraeda longa invenimus: Athoraeda longa athoraeda est quae pro vectione plurum quam octo viatorum praeter gubernatorem instituta est, quamquam etiam pro alio proposito instituta est.³⁶

2.10.2 Ut dixi, indicem XV verborum ex experientia feci, cum acroases in seminariis audivissem. Athoraedam longam ideo iam novi. Est tamen exemplar, ubi verbum, quo ego utor, in Vocabulario Vilborg non invenitur. Haec vocabula in Vocabulario Vilborg sunt: “autocurrus publicus”, “autovehiculum publicum”, “laophorum”, “coenautocinetum” et “autocurrus urbanus”.

In Vicipaedia Latina invenire hoc vocabulum non potui. Et Lexicon recentis Latinitatis et Calepinus Novus laophorum habent. Alterum autocinetum inter uncas rotundas habet. Alterum etiam coenautocinetum indicat. Inter tot verba Latina tamen unitas verbi Graeci gratia fit: laophorum.

Lexicon recentis Latinitatis explicat, λαοφόρος populum portantem significare³⁷.

2.10.3 **Buss** primum in textu Suetico anno 1874 fuit. Verbum ab Anglico (**bus**) 1832 venit. Francogallicum verbum **bus** est (1893), quod antea /**vehiculum**/ **omnibus** erat. Hispanicum tamen per hac via non ivit, quia verbum suum **autobus** est.

2.11 Taxiraeda

2.11.1 Mihi videtur significationem verbi ita bene Vicipaedia Latina dare ut textus, qui illic invenitur, vobis praebeam: ...est vehiculum aut // autocinetum aut autocurrus sarcinarius quod, praesertim in magnis urbibus, transportat homines ad destinationes suarum (sic). Convector destinationem potest optare quo/d/ non potest fieri in casu laeporo (sic).³⁸

Vicipaedia Latina etiam nobis originem verbi taxi dat: Ratio taxiraedae Lutetiae et Londinii septimo decimo saeculo incipit, minus autem machinae quam vehicula equis tracta. Anno 1871, Wilhelm Brunn, invenit “taximeter” quod est origo nominis taxi, ad aërem itineris mensurandum.³⁹ Etiam verbum temporale “taxare” habemus.

³⁶ *Nationalencyklopedin*, bil: volumen 2, pagina 535, columna 2:

Buss är en bil som är inrättad för befordran av fler än åtta personer utöver föraren, även om den dessutom är inrättad för annat ändamål.

³⁷ *Lexicon recentis Latinitatis. Volumina I et II*. Roma 1992 + 1997. Opus fundatum “Latinitas”, automobile

³⁸ *Vicipedia Latina*, taxiraeda

³⁹ *Ibidem*

2.11.2 “Taxiraeda”, hoc vocabulum in omnibus vocabulariis praeter Lexicon recentis Latinitatis invenitur. In omnibus vocabulariis etiam vocabulum, “autoraeda meritoria” vel “autocinetum meritorium” praeter in Calepino Novo insunt.

Lexicon recentis Latinitatis quoque “autocinetum conducticium” habet.

2.11.3 **Taxi** Sueticum (1912) ab Anglico (1907, idem verbum) venit. Francogallicum **taxi** (1906) antea **taximètre** erat. Et Hispanicum eodem verbo, **taxi**, utitur.

Identitas verborum linguarum nostrae aetatis nos fere obstupescere facit nisi fallor.

2.12 Signum

2.12.1 Hoc verbum est unicum (adhuc) quod in *Nationalencyklopedin* non inveni. Fortasse mirabile non est. Verbum generale, ut ita dicam, est. In studio variorum synonymorum significatio adveniet (3.1.1 nota 6), id est **affisch**, Latine secundum Vocabularium Vilborg “pagina affixa” et **anslag** Latine secundum Vocabularium Vilborg “titulus”.

2.12.2 Fortasse verbum difficilissimum omnium XV ad inveniendum in vocabulis est; neque in Vicipaedia Latina neque in Calepino Novo inveni.

Tamen ob tanta verba in ambobus vocabulariis gaudeamus quae restant: “signum” (in ambobus vocabulariis), “insigne” (etiam in ambobus vocabulariis), “signaculum” et “titulus” (in Vocabulario Vilborg) et “ornamentum” et “vexillum” (in Lexico recentis Latinitatis).

2.12.3 Sueticum **skylt** verbum praeter *pass* vetustissimum (1660) inter verba Suetica est. Unicum inter verba Suetica est, ubi verbum vetustius indicatur: **skilt**. Anglicum tantum unum verbum nobis praebet: **signpost** (1863). Francogallicum tamen duo verba habet, **panneau de position** et **poteau indicateur**. Secundum verbum nos ad fontes Latinas ducit. **Poteau** invenitur in textu anno 1538. Saeculis XII^o- XIII^o verbum **postel** erat. In vetere Francogallico verbum **post** erat quod a verbo, ut ita dicam, nostro venit, **postis**. Habent sua fata verba etiam in Hispanica lingua. Etiam hic duo verba sunt: **señal de tráfico**, quod nuntiationem dat, et **poste indicador**, quod rectam viam ad quoddam oppidum indicat. **Señal** iam a medio aevo ut signale Hispanici utabantur. In **poste indicador** iterum postem linguae nostrae invenimus.

2.13 Quadrum visificum

2.13.1 Hoc *Nationalencyklopedin* dicit: “quadrum visificum”, album computatri, VDU (video display unit = unitas demonstrationis magnetoscopio) apparatus pro electronica demonstratione nuntionis retractae a computatro vel systema computatrorum sed etiam pro custodia indiciorum introductorum vel textus a synthesisi malleorum (**tangentbord**) vel synthesisi digitali (**digitaliseringsbord**). Technica dominans quadrorum

visificorum a tubo cathodi chalybeii proficiscitur, sic dictus technica CRT (ab **Anglico cathode ray tube** = tubus radii cathodi). Eadem technica in instrumentis televisificis adhibetur.⁴⁰

Cum volumen, in quo hoc legere possumus, editum anno 1990 sit et technica in futurum tempus currat, vobis praebeo, quod post sequitur in textu:

Ob incommoda technicae praesentis evolutio optionum eae procedit. Una talis optio quadrum plasmatis est, quod ut primum quadrum “planum” in initio annorum LXX (saeculi XX^o) introductus est. Ceterae optiones quadrorum visificorum a luminiscentia electronica vel crystalli liquidi proficiscunt, sic dicti technica LCD (**liquid crystal display** = demonstratio crystallo liquido).⁴¹

2.13.2 Omnia vocabularia sua vocabula habent, sed sua sunt. Vocabularium Vilborg quoque “indicium opticum” habet.

Vicipaedia Latina idem vocabulum ut Sueticum, Vocabularium Vilborg quadrum visificum, habet. Etiam “monitorium” invenimus. Calepinus Novus “album” habet.

A Lexico recentis Latinitatis permulta verba veniunt: “tabula dilucida descriptoria” vel “tabula dilucida in qua numeri et signa describuntur (indicantur, extenduntur)” et non solum: “machinamentum visificum descriptorium” sed etiam “machinamentum quod numeros et signa describit”.

2.13.3 **Bildskärm** in volumine Vocabularii Academiae Suetica non inest; anno 1916 editum est. Anglice multa verba proponuntur: (visual) **display** (unit, 1945), (computer) **screen** et (computer) **monitor**. In *Le Grand Robert* usque ad fontem Latinam ducti sumus. Pars verborum **enseigne lumineuse** anno 1080 **ensenna** erat. Radix Latina “insignia” est. Hispanicum verbum omnino differt: **pantalla**.

2.14 Megaphonum

2.14.1 Quamquam quadrum visificum esse apparatus difficiliter in faciendo quam megaphonum mihi videtur, explicatio in Disciplina universarum compendio Suetico ita difficilis est, ut post paucas sententias explicationem Vicipaediae Latinae vobis praebebo. Primum ideo *Nationalencyklopedin*:

⁴⁰ *Nationalencyklopedin*, bildskärm: volumen 2, pagina 546, columna 2:
dataskärm, VDU (video display unit), arbetsredskap för elektronisk presentation av bearbetad information från dator eller datorsystem, men också för kontroll av inmatade uppgifter eller text från tangentbord eller digitaliseringsbord. Den dominerande tekniken för bildskärmar bygger på katodståleröret, s.k. CRT-teknik (av eng. cathode ray tube). Samma teknik används i TV-apparater.

⁴¹ *Nationalencyklopedin*, bildskärm: volumen 2, pagina 546, columna 3:
Som följd av nackdelarna med nuvarande bildskärmsteknik pågår utveckling av alternativ till denna. Ett sådant alternativ är plasmaskärmen, som introducerades som den första ”platta” bildskärmen i början av 1970-talet. Andra alternativa bildskärmar bygger på elektroluminiscens eller vätskekristaller, s.k. LCD-teknik (*liquid crystal display*).

“megaphonum” apparatus auditorius et electricus qui signum electricum in sonum commutat. Megaphonum super magnam partem finium audibilium operatur et sonum ad distantias spargit quae valde dimensiones megaphoni superant.⁴²

Haec dicit Vicipaedia Latina.

Megaphonum vel megaphonium apparatus est qui sonum agit et sonum voluminis amplificat, quem gubernas. De sonu potest esse musicam, vocem, et sonum. Megaphona in aliis apparatusibus inaedificata esse possunt, sive separata. Megaphona separata tum cum certo apparatu conicuntur, sicut computatro, televisione, apparatu stereophonico, et radiophono, telephono gestabili, actor musicus gestabilis, actor mediae genstabilis (sic), etc.

2.14.2 Iterum altero vocabulo utar quam quod in Vocabulario Vilborg est: “tubus stentorius”. (Anteriore altero vocabulo quo utor quam id in Vocabulario Vilborg est autoraeda longa.) Alia lexica aut non habent vocabulum (Calepinus Novus) aut eadem verba habent: megaphonum et megaphonium.

2.14.3 **Högtalare** primum in textu anno 1924 visum est. Anglicum iam anno 1884 **loud speaker** habebat sed verba in solitudine erant. Verbum, quo omnes utabantur, **loud-speaking** erat. Francogallicum ab anno 1898 **haut-parleur** utitur, quod est translatio ab Anglico (**loud speaker**). Hispanicum verbo, ut ita dicam, sui generis utitur, **altavoz** (= vox fortis). Habet etiam vetustam formam Anglicam **altoparlante** (= forte loquens = **loud-speaker**). In America hac forma adhibitur.

Megaphonum est vocabulum a Graeco, mega μέγα magnus et fone φωνή vox vel sonus. Tamen Sueticum, Anglicum, Francogallicum et Hispanicum in vocabulariis suis anteponunt versiones, quae non e Graeca origine ortae sunt.

2.15 Saccus dormitorius

2.15.1 In fine analysis XV novatorum vocabulorum venimus ad vocabulum quod, ut ita dicam, sui generis est. Iam dum significatio danda est, **sovsäck** in *Nationalencyklopedin* non invenitur. *Svensk uppslagsbok* tamen nobis sacculum textilis esse explicat, qui adhibetur, cum dormitur foris. Saccus dormitorius a panno exteriori aquam excludenti, tomento calefacienti vel subtegmine et apparatu fibulandi (fulminea verticularum clausura) prope collum constat. Plerumque inter unum et tria kilogrammata pendit. Communiter adhibitus in Suetia annis vicesimis saeculi vicesimi est.

⁴² *Nationalencyklopedin*, högtalare: volumen 9, pagina 306, columna 1:
elektroakustisk anordning som omvandlar en elektronisk signal till ljud. En högtalare fungerar över större delen av det hörbara frekvensområdet och sprider ljudet till avstånd som väsentligt överstiger högtalarens dimensioner.

2.15.2 Vocabularium Vilborg una cum Calepino Novo nobis “saccus dormitorius” dat. Est tamen finis consensio; in Vicipaedia Latina “dormiens sacculi” (sic) et in Lexico recentis Latinitatis “saccus villosus” inveniuntur.

2.15.3 Cum **sovsäck** compositum a verbo **sov-** (dormire) et **säck** (saccum) sit, rare vocabularia vernacula vocabulum indicant. Mirabile auditu in *Ordbok öfver svenska språket* sovsäck non inveni. Neque **sac à poil** inveni, sine dubio quia a tribus verbis compositum est. Tamen Anglicum **sleeping bag** et Hispanicum **saco de dormir** inveniuntur.

Nunc pars analysis (2) commentationis finivit. Incipit pars synthesis (3).

In proxima pagina novata vocabula per varia vocabula ordinata videntur. Exempli gratia Inspiciamus in prima columna quoddam vocabulum. Autoraedam longam invenimus quo ego utor. Vocabularium Sueticum-Latinum (Vocabularium Vilborg) quidem autocurrum publicum, autovehiculum publicum, laophorum, coenautocinetum et autocurrum urbanum indicat. Vicipaediae (Latinae) deest vocabulum. In Lexico recentis Latinitatis laophorum et autocinetum inter uncas rotundas invenimus. Sub columna Vocabulaire du latin d’aujourd’hui (Calepino Novo) inveniuntur laophorus et coenautocinetum.

	Vocabularium Sueticum-Latinum	Vicipaedia	Lexicon recentis Latinitatis	Calepinus novus
computatrum	instrumentum computatrum, computatrum, ordinatrum	machina computandi, machina computationes ordinandi,	instrumentum computatorium	ordinatrum
tessera	tessera		tessera vectoria, tessera itineraria. tessera viaria	tessera
tramen	tramen	hamaxostichus, tramen	hamaxostichus expeditissimus, hamaxostichus rapidus, hamaxostichus extraordinarius	tramen
aeroplanum	aëronavis, aëroplanum, aërium vehiculum, machina volatilis	aëroplanum, vehiculum aërium	aëronavis, aëroplanum, aërovehiculum	aëroplanum
autoraeda	autoraeda, autocinetum	autoraeda, autocinetum, autocurrus, currus automobilis, ipsomoblilis	autocinetum, automatica raeda	autoraeda, autocinetum
chartula creditoria commeatus diploma	chartula creditoria, tessera pecuniaria commeatus diploma	tabella tributaria, tessera pecuniaria		syngraphus
rete informaticum	Interrete, rete informaticum	Interrete	ars certorum elaboratoria, res nuntiatoria, ars nuntiatoria, disciplina informativa	interrete
telephonum	telephonum, telephonium	telephonum, telephonium	telephonum, telephonium, apparatus telephonus	telephonum
autoraeda longa	autocurrus publicus, autovehiculum publicum, laophorus, coenautocinetum, autocurrus urbanus		laophorus, autocinetum inter uncos rotundos	laophorus, coenautocinetum

taxiraeda	taxiraeda, autoraeda meritoria, autovehiculum meritorium	taxiraeda, autoraeda meritoria, autovehiculum meritorium, vehiculum sarcinarium, autocinetum sarcinarium, autocurrus sarcinarius	autoraeda meritoria, autorvehiculum meritorium, autocinetum inter conducticium	taxiraeda,
signum	signum, insigne, signaculum, titulus		signum, insigne, ornamentum, vexillum	
quadrum visificum	quadrum visificum, indicium opticum	quadrum visificum, monitorium	tabula dilucida descriptoria, tabula dilucida in qua numeri et signa describuntur, machinamentum visificum descriptorium, machinamentum quod numeros et signa describit	album
megaphonum	tubus stentorius	megaphonum, megaphonium	megaphonum, megaphonium	
saccus dormitorius	saccus dormitorius	dormiens sacculi	saccus villosus	saccus dormitorius

3 XV novata vocabula: synthesis

Duo responsa duabus quaestionibus

Nunc vocabula vernacula synonymorum Suetica, Anglica, Francogallica, Hispanica et Italica, si omnia habuissem, praesentavissem et explicavissem quomodo comparisonem inter neologismos Latinos et synonyma vocabulariorum Suetici, Anglici, Francogallici et Italici, si omnia habuissem, ad primam quaestionem, Latinizationis, respondere potuissem (3.1)

et

deinde explicabo quomodo comparisonem inter neologismos Lexici recentis Latinitatis et synonyma vocabulariorum Suetici, Anglici, Francogallici et Hispanici, si omnia habuissem, ad secundam quaestionem, numeri verborum duobus vel plurimis verbis exstructorum, respondere potuissem (3.2).

Vocabularia vernaculorum – synonymorum et non

Vellem vocabulariis vernaculis synonymorum uti. Tamen tamen hae sunt vocabularia synonymorum vernacula, quae in bibliotheca universitatis Lundensis inveni:

- *Svenska synonymordboken* (Suetice),
- *Longman Synonym Dictionary* (Anglice) et
- *Dictionnaire des synonymes* (Francogallice; infeliciter vetus).

Hae duo vocabularia vocabularia synonymorum non sunt, tantum vocabulari ordinaria:

- *Norstedts spanska ordbok* (Hispanice)
- et
- *NE:s stora italienska ordbok* (Italice)

3.1 Prima quaestio: Suntne XV novata vocabula Latina in hac commentatione Latinizationes, ut ita dicam, vocabulorum vernaculorum?

Exstantne inter XV novata vocabula Latina Latinizationes vocabulorum vernaculorum?

Quid est Latinizatio?

Pro primo dicere volo me non suspicari optimos scriptores quattuor vocabulorum neologismorum Latinorum neologismos sicut parlamentum creavisse – ne aeroplanum quidem. Tamen ut spatium problematis creationis

neologismorum intellegere possimus, exempla dare velim quae suspicaces possint suspicari Latinizationes esse.

Latinizatio creatio vocabuli e novato vocabulo vernaculo est, imprimis e novato vocabulo quod iam suum fatum habet, ut ita dicam, exempli gratia. Vide “parlamentum” in *Bonum exemplum Latinizationis* (1.2).

Ne aeroplanum quidem

Michael Rambaud in texto suo non tantum verba pedifollem et drogam sed etiam aeroplanum et subterferrivarium vituperat (Vide 1.2.1 Contentio). Aeroplanum unum XV novatorum vocabulorum huius commentationis est. Rambaud reprehendit quia aeroplanum non paucis Latinisque verbis coniunctis vel verborum etiam ambitu exstructum est. Aeroplanum tamen a verbis vituperatis pedifolle et subterferrivia (et fortasse droga) differt, quia, ut videtur, a verbis Latinis non exstructum est.

Certior fieri non possum quia mihi Vitae Latinae fasciculi, ubi Josephus Maria Mir de neologismis fingendis disceptabat, legendi sunt. Bibliotheca universitatis mea tamen exemplares – interretice – tantum ab anno 1989 mihi praebere potest. Contentio ab annis 1977 – 78 est. Hoc audeo scribere. Pars aero- vocabuli a vocabulo Graeco *aer-* oriri potest. Hoc vocabulo Graeco eadem significatio verbi Latini aëris est. *Plan-* pars verbi Graeci significationis Latini ambulandi esse potest. Quod non licet nostrae linguae licet linguae Graecae, id est licet Graecae linguae ambo vocabula (*aer-* et *plan-*) coniungere ut faciant vocabulum aeroplanum.

Ideo aeroplanum neologismus est, qui a tematibus Graecis exstructus est. Vide plus de hac re infra in *Neologismi a thematibus Graecis*. Aeroplanum vocabulum maximi momenti esse potuisset. Sunt septem XV novatorum vocabulorum quibus caret vocabulum commune omnium quattuor vocabulariorum Latinorum ut XV notiones exprimantur. Si aeroplanum Latinizatio fuisset et ideo, mirabile auditu, non inter, ut ita dicam, bonos neologismos includere debuisset, quattuor vocabulariis in octo casibus XV neologismum vocabulum careret. Ideo minus quam L centesimae partes XV notionum Latine communiter designari potuissent(!) Tamen aeroplanum neologismus est, qui a tematibus Graecis exstructus est, et hac de ratione “bonus” neologismus est et quod supra scripsi non valet.

Neologismi a thematibus Graecis

Aeroplanum, telephorum et megafonum neologismi sunt, qui a thematibus Graecis extracti sunt, ideo nullo modo eos Latinizationes appellare possumus, et non iustum a Latino exigere est, ut vocabulum tantum extruatur a thematibus Latinis si talem postulationem linguis vernaculis non imponimus!

Conditiones postulationum nuper dictarum

Lingua Islandica fortius multis ceteris linguis a *Íslensk málstöð*, Instituto Islandicae Linguae (quod pars est Instituti *Árni Magnússon* Studiorum Islandicae, *Árni Magnússon Institute for Icelandic Studies*) favetur, ut Islandicum tantum a thematibus Islandicis extruendum sit. Mihi videtur ob longam solitudinem Islandiae,

optimum laborem huius instituti et consensum omnium Islandorum sic factum esse. Utinam ne hoc a lingua nostra exigamus, quae in medio culturae Europaea est, quae institutum linguae non habet et quae consensum omnium Latinistarum numquam mea sententia habere poterit!

Pro primo: lingua originis lemmatum variorum vocabulariorum

In Vocabulario Vilborg neologismos Suetice et in Calepino Novo Francogallice praebentur. In Lexico recentis Latinitatis Italice praebentur. In Vicipaedia Latina Latine praebentur sed cavendum est; credo fontem verborum esse Anglicum.

Principia comparationis inter lemmata

Ideo novata vocabula in Vocabulario Vilborg cum synonymis Sueticis, novata vocabula in Vicipaedia Latina cum synonymis Anglicis, neologismi Lexici recentis Latinitatis cum synonymis Italicis et, pro certo, novata vocabula in Calepino Novo cum synonymis Francogallicis confero.

A principiis ad concreta

Ut inveniam synonyma Suetica *Svenska synonymordboken*, ut synonyma Anglica inveniam amplo *Longman Synonym Dictionary* usus sum. Tamen cum synonyma Italica quaererem, tantum vocabularium, ut ita dicam, ordinarium inveni, et quidem *NE:s stora italienska ordbok*. Numerus synonymorum minor est quam in vocabulariis (synonymorum) Suetico, Anglico, Francogallico sed fere nihil refert, cum investigatio non facta sit, ut monstretur quot verba necessaria in variis linguis sint, ut verbis exprimere XV varias notiones (Vide 3.2 *Secunda quaestio*) sed ut accusatio removeatur, et quidem novata vocabula Latina Latinizationes vocabulorum Sueticae, Anglica, Francogallica Italicaeque linguae sint.

Duo principia minoris momenti

1. Ecce aliqua principia, quae secutus sum, cum synonyma enumeravissem. Generaliter dici potest me non usque ad differentiam inter virgulam et punctum ac virgulam in enumerationes pergere, quamquam vocabularia id faciunt. Incertus sum enim an ego constans esse possim.
2. Cum non suspicari scriptores vocabulariorum novatorum vocabulorum Latinorum Latinizationes fecissent et cum exempla verborum, quae prope periculum Latinizationis sunt, tam pauca et tam minoris momenti sint, synonyma vernacula in fundo paginae, litteris parvis, praebeo. Qui synonyma litteris magnitudinis ordinariae et in ipso textu meo, in mediis rebus, ut ita dicam, legere vult, etiam cum explicatione mea cur aliqua verba dimittam, ad partem 3.2 (*Secunda quaestio*) eat.

Quae Latinizatio non est; exemplum verbi computatri

Hoc dicto cum comparatione procedamus. Multas conversiones a vocabulis vernaculis ad verbum videbimus sed id Latinizatio non est. Computatrum, exempli gratia, a thematibus Latinis ortum est. Ideo Latinizatio verbi Anglici *computer* non est quod esset, exempli gratia, *computerium**. Neque est *computor**, quia desinentia -or actorem humanum (vel animale) indicat. Computatrum Latinistis placet, ut ita dicam!

3.1.1 Comparatio inter novata vocabula Vocabularii Vilborg et synonyma Suetica

Tria novata vocabula, computatrum, tessera et tramen, et synonyma eorum nihil examinandi praebent.⁴³ Cum in initio huius studii simus, id est studium comparationis inter neologismos Latinos et synonyma vocabulariorum vernaculorum, plane explico, nullum synonymum Sueticum invenitur ut Latinizatio inter neologismos Latinos. /Instrumentum/ computatorium, computatrum nec ordinatum (Vide summarium Novata vocabula per varia vocabularia ordinata.) ullo modo Latinizationes horum synonymorum sequentium esse possunt **datormaskin**, machinae indiciorum datorum*, **elektronhjärna**, cerebri electronum*, **elektronisk siffermaskin**, machinae numerorum electronicae*, nec **persondator**, machinae indiciorum datorum personae*. (Conversiones verborum, quae non exstant et quae cum * indico, meae sunt.)

Praeterea synonymum **Mac** nomen fabricatoris est, ideo nullo modo Latinizatio est. Postremo est **PC = Personal Computer** (Anglicum), computatrum personae*, quod conversio ad litteram censeri esse possumus. Cum tessera sit unicum verbum XV novatorum verborum, quod iam in antiquitate exstabat, ipso facto nihil ad examinandum praebet num sit Latinizatio.

Postremo cum tramen et hamaxostichus verba ab origine Latina vel Graeca orta sint non Latinizationes **järnvägståg**, traminis ferriviariae*, **tågsätt**, seriei traminum*, nec **spårvagnståg**, tramviarium traminis*, esse possunt.

Sub lemmate aeroplanum aliqua novata vocabula invenimus quae sunt ut conversiones ad verbum aliquorum verborum vernaculorum.

luftfartyg	aëronavis
luftfarkost	aërium vehiculum et
flygmaskin	machina volatilis ⁴⁴

Autoraeda, quamquam vehiculum magna gratia apud populum valeat, pauca habet exempla conversionum.⁴⁵

Neque **kreditkort** (chartula creditoria) neque **bankkort** inveni in *Svenska synonymordboken*.

Commeatus diploma, rete informaticum, telephorum et autoraeda longa et eorum synonyma sequuntur quae nihil examinandi dignum praebent.⁴⁶

⁴³ DATOR (computatrum): datamaskin, elektronhjärna, elektronisk siffermaskin, interdum persondator, PC et Mac

BILJETT (tessera): autoraedae longae et alia eiusdem generis färdbiljett, färdbevis et kvitto

TAG (tramen): järnvägståg, tågsätt et spårvagnståg

⁴⁴ FLYGPLAN (aeroplanum): flygmaskin, luftfarkost, luftfartyg, (antiquum) aeroplan, (quotidianum) flyg, plan et maskin

⁴⁵ BIL (autoraeda): bilmotor, fordon, (antiquum) automobil, (quotidianum) "kärra", vrålkåk, åk et autoraeda fere immota quotidiane "rishög".

⁴⁶ PASS (commeatus diploma): : respass, legitimationshandling, legitimation, legitimationspapper, passersedel, interdum inresetillstånd, utresetillstånd et fri lejd.

INTERNET (rete informaticum): nätet, webben et cyberrymden

Primum verbum quod invenimus in tabula synonymorum verbi Suetici **taxi taxibil** est quod ad verbum idem ut taxiraeda est.⁴⁷

Cum conversio verbi quadri visifici de Latino in Sueticum non in vocabulario synonymorum Suetico exstet, simili modo signum, quadrum visificum et megaphonum et synonyma eorum nihil examinandi praebent.⁴⁸

3.1.2 Comparatio inter novata vocabula Vicipaediae Latinae et synonyma Anglica

Iam sub lemmate computatrum novatum vocabulum invenimus quod ut conversio ad verbum verbi vernaculi est

adding machine machina computandi⁴⁹

Inter alia cum Vicipaedia Latina novatum vocabulum tessera non habeat, iam ad autoraedam pergimus.⁵⁰

Hic novatum vocabulum invenimus quod ut conversio ad verbum verbi vernaculi est

automobile currus automobilis⁵¹

Quamquam *Longman Synonym Dicitonary* permulta synonyma habet iam ad finem enumerationem conversionum ad verbum venimus, inter alia cum **credit card** (cartula creditoria), **internet** (rete informaticum) et **signpost** (signum) non inveniuntur.⁵²

TELEFON (telephonum): telefonapparat et mobiltelefon

BUSS (autoraeda longa): vägbuss, landsvägsbuss, stadsbuss et antiquus omnibus/s/.

⁴⁷ TAXI (taxiraeda): taxibil, antiquus taxameterbil et olim: droksbil et drokska

⁴⁸ SKYLT (signum): affisch et anslag

MEGAFON (megaphonum): ljudförstärkare, taltratt et talrör, ropare et lur

⁴⁹ COMPUTER (computatrum): adding machine, calculator, calculating machine, analog computer, digital computer et data processor.

⁵⁰ CAR (autoraeda): vehicle, motorcar, automobile, auto, wheels, sedan, coupe, landau, limousine, convertible, roadster, touring car, runabout, bomb, dragster, hot rod, wreck, trap, jalopy, crate, buggy, tin lizzie et heap.

⁵¹ Ibidem

⁵² PASSPORT (commeatus diploma): travel authorization, travel permit, travel document vel travel papers, visa, permission, warrant, sanction, carte de visite et carte d'identité.

TELEPHONE (telephonum): phone, line, party line, blower, pay telephone, dial telephone vel push-button telephone, wall telephone vel desk telephone et videophone.

Autoraeda longa non lemmam suam habet.

TAXICAB (taxiraeda): taxi, cab, hackney, hack, carriage for hire vel coach for hire, fiacre, hansom vel hansom cab, fly, jinrikisha, rickshaw et trishaw.

DISPLAY (quadrum visificum): exhibition, exhibit, show, presentation, airing, exposition, advertisement, publication, posting, array, arrangement, staging et window dressing.

LOUDSPEAKER (megaphonum): speaker, speaker unit, speaker system, public address system, PA vel PA system, intercommunication system, intercom, squawk box vel bitch box, megaphone, bullhorn, hailer, loudhailer, microphone, mike et lapel mike

3.1.3 Comparatio inter novata vocabula Lexici recentis Latinitatis et synonyma Italica

Studium ut in 2 (*XV novata vocabula: analysis*) factum est, quia vocabula Italica illic non praebui.

3.1.3.1 Computatrum

Hoc modo convertitur DATOR: **computer** et **elaboratore elettronico**.

Comparisonem facimus cum instrumento cumputatorio in Lexico recentis Latinitatis et videmus Latinizationem non esse.

3.1.3.2 Tessera

BILJETT simili verbo, **biglietto**, convertitur.

In Lexico recentis Latinitatis optiones obtinemus: tessera vectoria, tessera itineraria et tessera viaria. Clare videtur nihil tesserae cum biglietto commune esse.

3.1.3.3 Tramen

In conversione TÅG **treno** fit.

Lexicon recentis Latinitatis nobis dat optiones modo simili tesserae: hamaxostichus expeditissimus, hamaxostichus rapidus et hamaxostichus extraordinarius. Latinizatio exclusa est inter alia ob originem Graecam nominis.

3.1.3.4 Aeroplanum

Post lemma FLYGPLAN **aereo** et **aeroplano** sequuntur.

Lexicon recentis Latinitatis aëronavis, aëroplanum et, aërovehiculum indicat. Omnes linguae vernaculae, praeter vocabularium Hispanicum, vocabula habent quae fere similia sunt. Latine aeroplanum, Italice **aeroplano** fit. Cum accentus a Latino discrepet, ecce indico accentum Italicum: aeropláno. Accentus noster tamen aeróplanus est.

3.1.3.5 Autoraeda

Ut semper plura synonyma lemmata BIL sunt: **auto**, **automobile**, **automezzo** et **macchina**.

Si comparisonem cum Lexico recentis Latinitatis facimus, videmus "auto" commune esse sed Latinizatio non est: autocinetum et automaticha raeda.

3.1.3.6 Cartula creditoria

Probabiliter lemmatis Sueticae verbi compositi KREDITKORT gratia conversionem **carta di credito** invenimus.

Verbum Latinum in Lexico recentis Latinitatis non invenitur.

3.1.3.7 Commeatus diploma

Origo verbi PASS Italicum verbum **passaporto** est.

De possibilitate comparationis supra 2.6 (*cartula creditoria*) vide.

3.1.3.8 Rete informaticum

Hoc verbum vernaculum omnium gentium, internet, tantum in prima littera maiuscula aut minuscula differre solet. Italice cum minusculis scribitur: **internet**.

Hoc verbum phantasiam linguarum investigatorum Romae excitat: ars certorum elaboratoria, res nuntiatoria, ars nuntiatoria et disciplina informativa. Num raro suspicio Latinizationis ita procul abest?

3.1.3.9 Telephonum

Italicum verbum **telefono** hoc verbum esse omnium gentium monstrat.

Lexicon recentis Latinitatis nobis dat: telephonum, telephonium et apparatus telephonum. Itero telephonum esse neologismum a thematibus Graecis creatum. Etiam iterum iniustum esse a Latino exigere ut id verba a thematibus Latinis crearet nisi idem a linguis vernaculis exigatur.

3.1.3.10 Autoraeda longa

Videre possumus synonyma verbi BUSS fere tanta esse ut synonyma verbi bil (autoraedae) dum haec verba inspiciamus: **autobus**, **bus**, autoraeda longa peregrinatorum: **pullman**, currus filoviarius: **filobus** et cursus autoraedae longae constitutus: **corriera**.

Praeter "auto" Italica et Latina linguae nihil commune linguae in Lexico recentis Latinitatis habent: laophorus et autocinetum inter uncus rotundos.

3.1.3.11 Taxiraeda

Italicum duas formas verbi taxiraedae habet: **taxi** et **tassi**.

Verba quae Lexicon recentis Latinitatis creavit suspicari de Latinizatione non possumus: autoraeda meritoria, autovehiculum meritorium et autocinetum conducticium.

3.1.3.12 Signum

Italicum signum quod viam indicat, **cartello stradale**, ab signo quod informationem dat, **colonna stradale**, distinguit.

Ecce verba Latina: signum, insigne, ornamentum et vexillum. Facile ab his verbis videtur, an essent Latinizationes an non.

3.1.3.13 Quadrum visificum

Quaerens sine clara lemmate inveniens ad **insegna luminosa** advenio.

Haec notio nobis maximum numerum verborum omnium XV verborum dat: tabula dilucida descriptoria, tabula dilucida in qua numeri et signa describuntur, machinamentum visificum descriptorium et machinamentum quod numeros et signa describit. Commentario de Latinizatione idem ut supra (signum) est.

3.1.3.14 Megaphonum

HÖGTALARE **altoparlante** fit.

Neologismi Latini megaphonum et megaphonium sunt. Verbum vocabularii Italici nullo modo simile verbi Laitini est, quia megafonum et megaphonium neologisma thematibus Graecis creata sunt.

3.1.3.15 Saccus dormitorius

Italice **sacco a pelo** fit. Vocabulum Lexici recentis Latinitatis suspicari de Latinizatione non possumus: saccus villosus.

3.1.4 Comparatio inter novata Calepini Novi et synonyma Francogallica

Nihil ad examinandum est. Causae sunt pro primo neque lemmata neque synonyma Francogallica in Calepino Novo insunt, quod ante plus quam medium saeculum scriptum est. Ecce quae carent: computatrum (**ordinateur**), cartula creditoria (**carte de crédit ou carte bancaire**), rete informaticum (**Internet**), taxiraeda (**taxi**), quadrum visificum (**enseigne lumineuse**), megafonum (**haut-parleur**) et saccus dormitorius (**sac à poil**).

Pro secundo iam de telephono locuti sumus.

Pro tertio caret novatum vocabulum Latinum signum (**panneau de signalisation et poteau**) in Calepino Novo.

Neologismi et eorum synonyma, qui manent, id est tessera, tramen, autoraeda (et autocinetum), commeatus diploma (syngraphus) et autoraeda longa (laophorus et coenautocinetum) nihil dignum examinatu praebent. Ideo, suntne XV novata vocabula Latina in hac commentatione Latinizationes, ut ita dicam, vocabulorum vernaculorum? Non sunt.

Pro primo tria novata vocabula e thematibus Graecis extracta sunt. Hac de ratione de Latinizatione loqui non possumus. Vocabula aeroplanum, telephorum et megaphonium sunt.

Pro secundo inter novata vocabula adhibita unum exstat quod mirabile visu vetustius est quam neologismi vernaculi. Ipso facto Latinizatio esse non potest. Vocabulum tessera est.

Novata vocabula in Vocabulario Vilborg cum synonymis Sueticis, novata vocabula in Vicipaedia Latina cum synonymis Anglicis, novata vocabula Lexici recentis Latinitatis cum synonymis Italicis et novata vocabula in Calepino Novo cum synonymis Francogallicis contuli. Comparatione facta mihi videtur nullae esse Latinitationes.

Nunc sequitur secunda quaestio.

3.2 Secunda quaestio: Suntne synonyma novatorum vocabulorum Lexici recentis Latinitatis saepius a pluribus verbis extracta quam synonyma vocabulariorum vernaculorum in hac commentatione praesentata?

Vocabula quae saepius adhibentur inclinant ut brevia fiant. Haec dicitur lex illius Zipf imminuendi⁵³ Si linguae vernaculae pauciora verba exigant, ut res nostrae aetatis significant, estne minatio nostrae linguae, si ea plura verba exigant, ut res nostrae aetatis significet quam linguae supradictae?

Causa secundae quaestionis

Ideo cum secunda quaestione, et quidem si Lexicon recentis Latinitatis requirit plura verba, ut res nostrae aetatis significet quam linguae Suetica, Anglica, Francogallica Hispanicaque, vellem scire si minatio instet linguae Latinae.

Positio Lexici recentis Latinitatis in comparatione

Hic sequitur comparatio inter numeros verborum Latinorum quattuor vocabulorum, praecipue Lexici recentis Latinitatis, et numeros verborum vernaculorum, quae necessaria sunt ut XV notiones exprimantur. Iam explicavi cur praecipue Lexico recentis Latinitati studere volo.

⁵³ Bentz, Christian, et Ferrer-i-Cancho, Ramon, *Zipf's law of abbreviation as a language universal* in Bentz, Christian, Jäger, Gerhard & Yanovich, Igor (editors), *Proceedings of the Leiden Workshop on Capturing Pylogenetic Algorithms for Linguistics*. Universitas studiorum Tübingen 2016.
<https://publikationen.uni-tuebingen.de/xmlui/handle/1090068558>

Iam vocabula multorum verborum in Lexico recentis Latinitatis praebui: artem certorum elaboratoriam, autocinetum inter uncus rotundos, autocinetum inter conducticium, tabulam dilucidam in qua numeri et signa describuntur et machinamentum quod numeros et signa describit.

Nunc expositio synonymorum vernaculorum XV verborum huius commentationis sequitur.

Synthesis in partes sex divisa

Primam partem synthesis scripsi, ut videatur quam saepe vocabula Lexici recentis Latinitatis pluribus quam uno verbo extracta sunt. Centesimas partes vocabulorum, quae a pluribus quam uno verbo extracta sunt, indico. Infra, litteris minoribus, indico, quot vocabula uniuscuiusque trium ceterorum vocabulariorum Latinorum sunt. Si quidquid vocabulariorum plura verba quam Lexicon recentis Latinitatis indicet, litteris ordinariis scribam.

Partes 2 – 5 scripsi, ut comparatio cum synonymis vernaculis Suetice, Anglice, Francogallice et Hispanice fiat et ut explicem, quae vocabula secerno. Centesimas partes vocabulorum, quae a pluribus quam uno verbo extracta sunt, indico.

Post praesentationem imaginis sequitur sexta pars, ubi exitus relationis inter vocabula duobus vel pluribus verbis exstructa et omnes synonyma vocabulorum numeris fractis in toto sunt.

Conditio sine qua non

Ad ultimam partem commentationis venimus. Studium linguae nostrae Latine sui generis est et non factum est ab annis octogesimis praeteriti saeculi (XX^o saeculi), ut videtur. Sed non tantum, etiam huius commentationis materia cum sese in altum, ut ita dicam, se iactat, effrenata videtur; cum aliquibus exemplaribus primigeniis studere volerem, nec erant in bibliotheca universitatis studiorum Lundensi nec interretice obtinenda erant. Neque tantum studia linguae nostrae difficilia sunt. Cum studia linguarum, quae e lingua nostra ortae sunt, in vocabulariis synonymorum voluissem non in supradicta bibliotheca vocabularia synonymorum nec Hispanica nec Italica invenire potui, et vocabularium synonymorum Francogallicum quod inveni ita vetus est ut minorem partem quam mediam synonymorum necessariorum invenire possim. Hac de ratione oro, lector, ut ne conditiones sine qua non imponas de certitudine minoris numeri verborum in neologismis Francogallicis nec minoris numeri verborum in neologismis Hispanicis. Pro te in Francogalliam et in Hispaniam ibo synonyma quaesitum. In altera commentatione exitum tibi monstrabo et sine dubio nulla erit admiratio. (Iam explicavi, cur mihi non ita necessarium esse vocabularium synonymorum Italicum invenire.)

3.2.1 Computatrum

Lingua nostra In Lexico recentis Latinitatis unum vocabulum invenitur, id est instrumentum computatorium, quod requirit duo verba ut indicetur. Ideo dicere possumus, in **100%** casuum plus quam unum verbum opus esse ut vocabulum indicetur.

Vocabularium Vilborg tria vocabula, quorum unum duobus verbis exstructum est, habet. Vicipaedia Latina quinque vocabula, quorum tria pluribus verbis exstructa sunt, habet et Calepinus Novus unum vocabulum habet, quod duobus verbis exstructum est. Suetice Sub lemme DATOR haec inveniuntur: **datamaskin, elektronikjärna, elektronisk siffermaskin**, interdum **persondator, PC** et **Mac**.

Vocabula sex sunt, verba septem. Hic exitus est: **16,7%** (1/6) casuum plus quam uno verbo requirunt.

Anglice Haec synonyma verbi COMPUTER sunt: **adding machine, calculator, calculating machine, analog computer, digital computer** et **data processor**.

Vocabula sex sunt et quinq̄ies plus quam unum verbum necesse est ut reddantur. In **83%** (5/6) casuum plus quam unum verbum necesse est.

Francogallice Lemma verbi ordinateur non invenitur. Exitus: Vocabulum deest.

Hispanice Sub lemma DATOR hae conversiones inveniuntur: **ordenador** (praecipue in America), **computador** et **computadora**.

Vocabula sunt tria, etiam verba (3). Exitus: **0%**

3.2.2 Tessera

Lingua nostra In Lexico recentis Latinitatis tria vocabula sunt, quae inveniuntur: tessera vectoria, tessera itineraria et tessera viaria. Omne vocabulum duo verba requirit ut indicetur. Exitus casuum, ubi plus quam unum verbum necesse est, ut vocabulum indicetur, **100%** ut supra est.

Vocabularium Vilborg unum vocabulum unius verbi habet, In Vicipaedia Latina vocabulum non inest. Calepinus Novus idem vocabulum ut Vocabularium Vilborg habet.

Suetice Sub lemma BILJETT haec synonyma inveniuntur: **inträdeskort, inträdesbiljett**, (quotidianum) **”plåt”** et synonyma quae tessera autoraedae longae et similes tesserae itineris, documentum itineris et apocha significant: **färdbiljett, färdbevis** et **kvitto**.

Tria prima verba amoveo, cum non ad itinera pertineant. Tria vocabula et tria verba manent. Exitus: **0%**

Anglice Si TICKET quaeritur, synonyma sequentia inveniuntur: **admission, certificate, season ticket, pasteboard, pass, laissez-passer, stub, coupon, tessera, free pass, token, transfer** et **fare**.

Tredecim vocabula sunt et ter plus quam unum verbum necesse est ut vocabula reddantur. Exitus: **13%**

Francogallice Synonyma sequentia verbi BILLET invenio: **ticket, carte, coupon, bulletin** et **contremarque**.

Exitus quinque vocabula et quinque verba est. Praeter unum vocabulum (**ordinateur**, quod non inest in Dictionnaire des synonymes) idem numerum verborum requiritur, ut omnes vocabula exprimentur. Exitus **0%** est.

Hispanice BILJETT verbis **billete, boleto** (in America), in theatro, cinematographeo et similibus **entrada**, pro aeroplano, navi ceteris etiam pasaje convertitur.

Entrada amoveo, quia a significatione textus exemplaris huius commentationis discrepat. Tria vocabula et idem numerus verborum (3) manent. Exitus: **0%**.

3.2.3 Tramen

Lingua nostra Iterum in Lexico recentis Latinitatis tria vocabula sunt. Iterum quodquam duo verba requirit ut indicetur, id est hamaxostichus expeditissimus, hamaxostichus rapidus et hamaxostichus extraordinarius. Ideo exitus casuum ubi necesse est plus quam unum verbum, ut vocabulum indicetur, **100%** manet.

Vocabularium Vilborg duo vocabula, quae ambo uno verbo exstructa sunt, habet. Vicipaedia Latina eadem vocabula habet.

Calepinus Novus unum vocabulum unius verbi habet.

Suetice Omnia synonyma in se verbum TÅG habent: **järnvägståg, tågsätt et spårvagnståg.**

Nihilominus verba non plus quam vocabula fiunt, id est tria. Exitus: **0%**

Anglice Post lemma TRAIN sequuntur **rail, choo-choo, electric train, steam train, underground, passenger train, rolling stock, Pullman, sleeper, wagon-lit, Orient Express, coach, day coach, local, milk train, goods train, commuter train, business express, non-stop, troop train et freight train.**

Secerno choo-choo linguae puerorum et tum exitus in toto 29 vocabula fit, quae XXII^o plus quam unum verbum requirunt, ut reddantur. Exitus: **76%**

Francogallice TRAIN in initio adhibitum ut dictio a pluribus verbis composita fuit: **train de voyageurs**, quod primum synonymum fit. **Convoi** et **rame**, alterum secundum, alterum tertium synonymum sunt.

Tria vocabula quinque verbis repraesentantur. Exitus: **33%** (1/3)

Hispanice Post TÅG verba Hispanica **tren** et **convoy** et **convoy por ferrocarril** sequuntur.

Exitus duo vocabula pro quibus unum verbum necessarium et unum vocabulum pro quo tria verba necessaria sunt, ut exprimatur. Exitus: **33%** (1/3)

3.2.4 Aeroplanum

Lingua nostra Primum in Lexico recentis Latinitatis idem numerus verborum vocabulorum est, ut numerus necessarius ut indicentur: aëronavis, aëroplanum et aërovehiculum. Exitus: **0%**

Vocabularium Vilborg quattuor vocabula, quorum duobus verbis exstructa sunt, indicat. Vicipaediae Latinae vocabula tria sunt, quorum duo duobus verbis exstructa sunt. Calepinus Novus unum vocabulum unius verbi habet.

Suetice Ecce synonyma verbi FLYGPLAN: **flygmaskin, luftfarkost, luftfartyg, (antiquum) aeroplan, (quotidianum) flyg, plan et maskin.**

Numerus vocabulorum et verborum idem est, id est septem. Exitus: **0%**

Anglice Aeroplane nos ad AIRCRAFT ducit. Hic primum tota enumeratio: **plane, glider, prop, jet, supersonic transport, SST, Lear jet, 747, helicopter, copter, bird, whirlybird, chopper, egg-beater, blimp, airship, dirigible, zeppelin, spaceship, rocket, spuet satellite.**

Amoveo verba quae ad helicopterum pertinent: **helicopter, copter, bird, whirlybird, chopper, egg-beater** et **blimp**. Etiam vehicula aëria et spatialia - **airship, dirigible, zeppelin, spaceship, rocket, sputnik** et **satellite** - amoveo. Octo vocabula et decem verba manent. Exitus: **25%** (2/8)

Francogallice **Avion** ad AÉROPLANE delegat.

Hic vocabulum quod unum verbum requirit ut indicetur. Exitus: **0%**

Hispanice Qui in lexico FLYGPLAN quaerit verba Hispanica **avión** det aeroplanum, ut ita dicam, lusorium: **avioneta** invenit.

Duo vocabula et idem numerus verborum (2) sunt. Exitus: **0%**

3.2.5 **Autoraeda**

Lingua nostra Unum verbum necessarium, ut primum vocabulum in Lexico recentis Latinitatis indicetur, duo verba necessaria sunt ut secundum vocabulum indicetur, est, id est autocinetum et automaticum raeda. Exitus: **50%**

Vocabularium et Calepinus Novus eadem duo vocabula unius verbi habent. Vicipaedia Latina altera tria vocabula habet, quae tantum uno verbo exstructa sunt.

Suetice Lemma BIL nobis haec synonyma dat: **bilmotor, fordon, taxi**, vetustiora verba: **"vagn", "droskbil" et "droska"**, (antiquum) **automobil**, (quotidianum) **"kärra", vrålåk, åk** et autoraedam non iam ad usum aptam quotidiane **"rishög"**.

Mihi difficile est ut sciam quae vocabula utanda sint. Taxi suam ipsam partem habet (Vide 3.2.9) et hac de ratione hic expellitur. Tria vocabula quae non tantum ut vetustiora (äldre) indicantur sed etiam cum virgulis duplicibus repraesentantur, etiam expello. Septem vocabula et idem numerus verborum manent. Exitus: **0%**

Anglice Hoc vehiculum populare, CAR, nobis permulta synonyma dat: **vehicle, motorcar, automobile, auto, bus, wheels, sedan, coupe, landau, limousine, convertible, roadster, touring car, runabout, bomb, dragster, hot rod, wreck, trap, jalopy, crate, buggy, tin lizzie** et **heap**.

Summus numerus viginti tria vocabula et viginti sex verba indicat, postquam bus secretum est. Exitus: **13%** (3/23)

Francogallice Lemma VOITURE multa synonyma habet: **automobile, coche** (= autoraeda publica), **véhicule**. Deinde longa tabula appellationum familiarium autoraedae sequitur: **guimbarde, tacot, patache, (tapecul) berlingot, bagnole** et **clou**.

Cum nulla mutatio in rationibus statisticis fiat, omnia vocabula praeter coche retineo, quod a sensu significationis textus exemplaris huius commentationis discrepat. Novem vocabula et eundem numerum verborum (9) obtineo. Exitus: **0%**

Hispanice Sub lemme BIL hae conversiones inveniuntur: **coche, automóvil** et (praecipue in America) **auto** et **carro**.

Vocabula quattuor, etiam verba (4) sunt. Exitus: **0%**

3.2.6 Cartula creditoria

Lingua nostra Haec notio in Lexicono recentis Latinitatis non invenitur.

Tantum Vocabularium Vilborg vocabula habet. Duo et ambo duobus verbis exstructa sunt.

Suetice Lemmata **kreditkort** vel **bankkort** non invenio.

Anglice **Credit card** in hoc vobabulario synonymorum non invenitur.

Francogallice **Carte de crédit** et **carte bancaire** in *Dictionnaire des synonymes* desunt.

Hispanice KREDITKORT **tarjeta de crédito** convertitur.

Hoc vocabulum, quod tantum in Vocabulario Vilborg invenitur, in hoc summario cum tribus verbis redditur.

Cur tam rarum est, ut cartula creditoria et cetera verba huius generis in variis vocabulariis inveniuntur? Causa inter alias est, quia in nonnullis ceteris linguis cartula creditoria a duobus vel plurimis verbis compositum est, quod eam excludet e vocabulariis unius verbi lemmae. Cum tantum cum synonymis computare velim, hoc vocabulum in computatione non includo, tamen verba **tarjeta de crédito** non ut absentia considerare volo. Si **tarjeta de crédito** cum minime uno synonymo in vocabulario Suetico – Hispanico inveniri potuissem, synonymum illum inscriberem.

3.2.7 Commeatus diploma

Lingua nostra Haec notio in Lexico recentis Latinitatis invenitur.

Vocabularium Vilborg unum vocabulum duorum verborum, Calepinus Novus unum vocabulum unius verbi habet.

Suetice Plura vocabula sub PASS inveniuntur: **respass, legitimationshandling, legitimation, legitimationspapper, passersedel**, historicum: **lejddebrev**, interdum **inresetillstånd, utresetillstånd** et **fri lejd**.

Expello dictionem, quae probabiliter inspectorem syngraphorum haesitantem faceret: **lejddebrev**. Etiam ob plus minusve eandem causam **fri lejd** expello. Octo vocabula et novem verba manent. Exitus: **12,5%** (1/8)

Anglice Sub PASSPORT inveniuntur: **travel authorization, travel permit, travel document vel travel papers, visa, permission, warrant, sanction, carte de visite** et **carte d'identité**.

Decem vocabula et duodeviginti verba enumero. Exitus: **60%** (6/10)

Francogallice Commeatum diploma non apud passeport sed apud LAISSEZ-PASSER petere necesse est, post quod verba enumerantur quae sequuntur: **sauf-conduit, coupe-file, passavant** et **passe-debout**.

Nescio ob quam causam excludere quidquid verborum deberem. Exitum unum vocabulum quod uno verbo repraesantatur et quattuor vocabula quae duobus verbis repraesantantur obtineo. Exitus: **80%** (4/5)

Hispanice PASS verbo **pasaporte** convertitur. Eodem modo, ut scripsi supra de **tarjeta de crédito**, neque ut synonymum neque ut absentia verbum considero.

3.2.8 Rete informaticum

Lingua nostra Ars certorum elaboratoria, res nuntiatoria et disciplina informativa, ideo tria vocabula quibus minimum duo verba necessaria sunt ut in Lexico recentis Latinitatis indicentur. Exitus: **100%**

Vocabularium Vilborg duo vocabula, quorum unum duobus verbis extractum est, indicat. Et Vicipaedia Latina unum vocabulum uno verbo extractum habet, et Calepinus Novus.

Suetice Post INTERNET sequuntur verba **nätet, webben et cyberrymden**. Exitus: **0%**

Anglice **Internet** in hoc vocabulario synonymorum non invenitur.

Francogallice **Internet** deest.

Hispanice INTERNET Hispanice **Internet** fit.

Hoc vocabulum, quod et Hispanice et Suetice cum prima littera maiuscula scribitur, uno verbo redditur. Ut bis scripsi, hoc verbum Hispanicum non ut synonymum considero.

3.2.9 Telephonum

Lingua nostra Telephonum, telephonium et apparatus telephonus, ideo duo sunt vocabula quae unum verbum et unum vocabulum quod duo verba requirit ut in Lexico recentis Latinitatis indicentur. Exitus: **33%** (1/3)

Vocabularium Vilborg et Vicipaedia Latina duo vocabula unius verbi habent. Calepinus Novus tantum unum vocabulum unius verbi indicat.

Suetice TELEFON plures dictiones quam synonyma habet. Synonyma **telefonapparat et mobiltelefon**, quod suum proprium lemma habet, sunt.

Omnia praeter **telefonapparat et mobiltelefon** expello quae nobis duo vocabula et duo verba dant. Exitus: **0%**

Anglice Lemma TELEPHONE quaerendo introspectus obtinetur et circa usum telephoni et adspectum: **phone, line, party line, blower, pay telephone, dial telephone** vel **push-button telephone, wall telephone** vel **desk telephone** et **videophone**.

Quattuor vocabula tantum unum verbum, sex vocabula duo verba requirunt ut reddantur. Exitus: **60%** (6/10)

Francogallice **Téléphone** non invenitur.

Hispanice TELEFON **teléfono** convertitur.

Secundum multas ceteras linguas hoc vocabulum uno verbo repraesentatur. Ut iam scripsi, talem verbum Hispanicum non ut synonymum considero.

3.2.10 Autoraeda longa

Lingua nostra Verba laophorus et autocinetum inter uncus rotundos sunt. Exitus: **50%** (1/2)

Vocabularium Vilborg quinque vocabula, quorum tria duobus verbis extracta sunt, habet. Vicipaedia Latina non habet vocabulum. Calepinus Novus duo vocabula unius verbi habet.

Suetice Omnia synonyma in se BUSS habent: **vägbuss, landsvägsbuss, stadsbuss** et antiquum **omnibus** et **omnibuss**.

Nobis igitur quattuor vocabula et numerus similem verborum sunt, quae quinque modis scribi possunt. Exitus: **0%**

Anglice **Bus, buss autobusque** desunt.

Francogallice Synonyma verbi AUTOBUS **autocar** et **car** sunt.

Ideo, duo vocabula et duo verba. Exitus: **0%**

Hispanice Verba Hispanica verbi BUSS sunt **autobús**, minor **microbús**, autoraeda longa viae publicae et peregrinatorum **autocar, colectivo** (Americanum), **camión** (Mexicanum) et **guagua** (Cubanum).

Hoc vehiculum populare multa vocabula habet, et quidem sex, etiam plus quam BIL! Unumquidque uno verbo (6) repraesentatur. Exitus: **0%**

3.2.11 Taxiraeda

Lingua nostra autoraeda meritoria, autovehiculum meritorium et autocinetum inter conducticium. Exitus: **100%**

Vocabularium Vilborg tria vocabula, quorum duo duobus verbis exstructa sunt, Vicipaedia Latina sex vocabula, quorum quinque duobus verbis exstructa sunt, Calepinus Novus tantum unum vocabulum uno verbo exstructum habet.

Suetice Post TAXI sequuntur **taxibil**, antiquus **taxameterbil** et olim: **droskbil** et **droska**.

Nescio an inconsequens in omnia quattuor vocabula et verba retinendo sim. Exitus: **0%**

Anglice Nomen TAXICAB synonyma sequentia habet: **taxi, cab, hackney, hack, carriage for hire** vel **coach for hire, fiacre, hansom vel hansom cab, fly, jinrikisha, rickshaw** et **trishaw**.

Quamquam ultima verba non in toto orbe terrarum adhibentur, ea retineo. Decem vocabula unum verbum et tria vocabula quae duo verba requirunt ut reddantur obtineo. Exitus: **23%**

Francogallice **Taxi** deest.

Hispanice Haec notio quae generaliter similiter in linguis comparatis appellatur, TAXI, etiam Hispanice appellatur. Hoc vocabulum neque ut synonymum neque ut absentia considero.

3.2.12 Signum

Lingua nostra In Lexico recentis Latinitatis idem numerus vocabulorum et verba necessaria est ut indicentur, id est quattuor: signum, insigne, ornamentum et vexillum. Exitus: **0%**

Vocabularium Vilborg quattuor vocabula, omnibus unius verbi, habet. Neque Vicipaedia Latina neque Calepinus Novus vocabulum habent.

Suetice Varia definitiones verbi SKYLT sunt. Secundam eligo et **"annons", "reklam", "affisch", anslag, "galjonsfigur", "kuttersmycke"**, nonnumquam **bulvan** invenio.

Omnia sine **affisch** et **anslag** expello et hoc modo duo vocabula et duo verba obtineo. Exitus: **0%**

Anglice **Signpost** non invenitur.

Francogallice Tot vices dum verba ad altera verba delegant, faciunt ut fere sensu carens rationes statisticas facere ob data huius verbi sit, quod Francogallice duo verba aequalia verbo Latino habet. **Panneau** nos ad ÉCRITEAU ducit quod a **panneau de signalisation** secutum est. Una cum **poteau** PIEU invenitur quod nos ad **poteau indicateur** ducit.

In consuetis rationibus ordinariis, ut data rationum statisticarum sequendo obtineam, duo vocabula verbi panneau quattuor verbis adhibens et duo synonyma verbi poteau trium verborum gratia repraesentata accipio. Exitus: **50%**
($1+1/2+2=2/4=50\%$)

Hispanice Vocabularium **señal de tráfico** et **poste indicador** ut conversiones verbi SKYLT dat.

Duo vocabula fiunt, quae minimum duobus verbis exprimuntur. Exitus: **100%**

3.2.13 **Quadrum visificum**

Lingua nostra E Lexico recentis Latinitatis permulta verba veniunt: tabula dilucida descriptoria vel tabula dilucida in qua numeri et signa describuntur (indicantur, extenduntur) et non solum: machinamentum visificum descriptorium sed etiam machinamentum quod numeros et signa describit.

Exitus non plus ultra quantitatis verborum est, ut ita dicam: viginti et quattuor, ideo verba quinque plus quam vocabula sunt. Exitus: **100%**

Vocabularium Vilborg duo vocabula duobus verbis exstructa, Vicipaedia Larinae duo vocabula quorum unum duobus verbis exstructum, et Calepinus Novus unum vocabulum uno verbo exstructum, habet.

Suetice *Bildskärm* non invenitur.

Anglice Sub DISPLAY magna quantitas vocabulorum invenitur: **exhibition, exhibit, show, presentation, airing, exposition, advertisement, publication, posting, array, arrangement, staging et window dressing.**

Mihi est fere omnia amovenda, quia a significatione textus exemplaris huius commentationis discrepant. **Publication**, ideo unum vocabulum unius verbi cum aliqua haesitatione retineo. Malo DISPLAY, quia mihi videtur esse vocabulum, quod optime significationem Quadri visifici nobis dat. Proh dolor tantum unum synonymum comparationi dignum habet. Etiam exstant **screen** et **monitor**, quorum **monitor** habet plus quam unum vocabulum quod fere quadrum visificum significant: **counter** et fortasse **noter**. Cetera synonyma nimis procul sunt a significatione: **detector, examiner, observer, recorder et scanner**. Nulla fit mutatio in exitu. Exitus: **0%**

Francogallice **Enseigne lumineuse** non invenio.

Hispanice BILDSKÄRM definitione TV- vel data/skärm/ convertitur: **pantalla**. Hoc vocabulum neque ut synonymum neque ut absentia considero.

3.2.14 **Megafonum**

Lingua nostra In Lexico recentis Latinitatis idem numerus vocabulorum et verborum est, megaphonum et megaphonium. Exitus: **0%**

Vocabularium Vilborg unum vocabulum duorum verborum, tamen Vicipaedia Latina duo vocabula unius verbi habet.

Suetice A *högtalare* ad MEGAFON et **ljudförstärkare** et **taltratt** et **talrör** et **ropare** et **lur** ductus sum.

Ideo, artis vocabula et sex verba sunt. Exitus: **0%**

Anglice Miratus sum ob quantitatem synonymorum verbi LOUDSPEAKER, **speaker**, **speaker unit**, **speaker system**, **public address system**, **PA** vel **PA system**, **intercommunication system**, **intercom**, **squawk box** vel **bitch box**, **megaphone**, **bullhorn**, **hailer**, **loudhailer**, **microphone**, **mike** et **lapel mike**.

Cum pars megafoni totalitatem indicare (pars pro toto) ut **microphone** dici potest, omnia vocabula et exitum septendecim retineo. Numerus verborum viginti sex est et ideo principatum enumerationis verborum **train** et **car** tetigit. Exitus: **47%** (8/17)

Francogallice Neque **haut-parleur** neque **mégaphone** invenio.

Hispanice HÖGTALARE cum verbis **altavoz** et **altoparlante** (Americanum) convertitur.

Mirabile visu, duo vocabula fiunt, quae in toto duobus verbis redduntur. Exitus: **0%**

3.2.15 Saccus dormitorius

Lingua nostra Lexico recentis Latinitatis est unum vocabulum duobus verbis exstructum. Exitus fit **100%**.

Cetera tria vocabularia Latina unum vocabulum duorum verborum habent.

Suetice Mirabile auditu, synonyma verbi **sovsäck** non inveniuntur.

Anglice Neque synonyma verbi **sleeping bag** inveniuntur.

Francogallice Neque synonyma verbi **sac à poil** invenitur.

Hispanice SOVSÄCK verbo **saco de dormir** convertitur. Ut sexies scripsi neque ut synonymum neque ut absentia considero vocabulum.

In proxima pagina videntur partes, id est numeri fracti, et centesimae vocabulorum, quae ad extruendum duo verba vel plurima necesse est, sociatae cum totalitate synonymorum. Exempli gratia Inspiciamus in prima columna vocabulum. Invenimus autoraeda longa “Vocabulum huius commentationis” (quo ego utor). Lexico recentis Latinitati unum est vocabulum duobus vel plurimis verbis exstructum inter duo. Centesimae sunt L. Svenska synonymordboken in toto quattuor habet synonyma inter quae nullum duobus vel plurimis verbis exstructum est. Centesima pars ideo nulla est. Longman Synonym Vocabulary nullum vocabulum est. Dictionnaire des Synonymes in toto duae habet synonyma, quae tantum uno verbo exstructa sunt. Centesima pars et hic nulla est. In Norstedt spanska ordbok usque ad sex sunt synonyma quae omnia tamen uno verbo exstructa sunt. Ideo centesima pars nulla est.

Artis vocabulum huius commentationis	Lexicon recentis Lalinitatis	Svenska synonymordboken	Longman Synonym Diclinary	Dictionnaire des synonymes	Norstedt spanska ordbok
computatrum	1/1 100%	1/6 17%	5/6 83%		3/3 100%
tessera	3/3 100%	0/1 0%	3/13 23%	0/5 0%	3/3 100%
!ramen	3/3 100%	0/3 0%	22/29 76%	1/3 33%	1/3 33%
aetoplanum	0/3 0%	0/1 0%	2/8 25%	0/1 0%	0/2 0%
autoraeda	1/2 50%	0/7 0%	3/23 13%	0/9 0%	
cartula creditoria					
commeatus diploma		1/8 12%		6/10 60%	4/5 80%
rete informaticum	4/4 100%	0/3 0%			
tetephonum	1/4 25%	0/2 0%		7/10 70%	
autoraeda longa	1/2 50%	0/4 0%		0/2 0%	0/6 0%
laxiraeda	3/3 100%	0/4 0%	3:13 23%		
signum	0/4 0%	0/2 0%		1+1:2+2 50%,100%,50%,25%	2/2 100%
quadrum visificum	4/4 100%		0:1 0%		
megafonum	0/2 0%	0/6 0%	8:17 47%		0/2 0%
saccus dormitorius	1/1 100%				

Sexta pars

Lingua nostra Viginti duo vocabula sunt quae duobus vel plurimis verbis exstructa sunt omnium triginta sex synonymorum sunt, ideo **una et viginti quintae et tricesimae partes** ($21/30 = 60\%$). Duo XV vocabulorum (cartula creditoria et commeatus diploma) in Lexico recentis Latinitatis non inveniuntur.

Vocabularium Vilborg undeviginti vocabula duobus verbis exstructa inter omnia triginta quinque synonyma, ideo **undeviginti quintae et tricesimae partes** ($19/35 = 54\%$), Vicipaedia Latina duodecim inter omnia viginti septem, ideo **duodecim septimae et vicesimae partes** ($12/27 = 44\%$), et Calepinus Novus duo inter omnia quattuordecim, ideo **duae quartae decimae partes** ($2/14 = 14\%$) habet.

Suetice Tantum duo vocabula sunt, quae duobus verbis exstructa omnium quinquaginta tres synonymorum sunt, **duae tertiae et quinquagesimae partes** ($2/53 = 3,7\%$). Tria XV vocabulorum (cartula creditoria, quadrum visificum et saccus dormitorius) in *Svenska synonymordboken* non inveniuntur.

Anglice Quamquam multa vocabula ex XV carent, quadraginta sex duobus vel plurimis verbis exstructa omnium centum decem sunt, ideo **sex et quadraginta centesimae decimae partes** ($46/110 = 42\%$).

Vocabula, quae in *Longman Synonym Dictionary* carent, cartula creditoria, rete informaticum, autoraeda longa, signum et saccus dormitorius sunt.

Francogallice Etiam plura vocabula ex XV notionum huius commentationis sunt, quae carent, quia Dictionnaire des synonymes vetus est. Vocabula, quae duobus vel plurimis verbis exstructa sunt, septem sunt. Omnia synonyma in Dictionnaire des synonymes undetriginta sunt, ideo **septem undetricesimae partes** ($7/29 = 24\%$) Ecce vocabula quae carent: computatrum, cartula creditoria, rete informaticum, telephorum, taxiraeda, quadrum visificum, megafonum et saccus dormitorius.

Hispanice Cum mihi vocabularium synonymorum Hispanicorum non esset, comparatio non eadem ut inter cetera vocabularia fit. Quidem multa non synonyma sunt sed unumquidque vocabulum ex XV in *Norstedts spanska ordbok* invenitur. Ideo, tria vocabula duobus vel plurimis verbis omnium viginti quinque exstructa sunt. Numeris fractis **tres quintae vicesimae partes** ($3/25 = 12\%$) fit. Ut dixi, unumquidque XV notionum huius commentationis Hispanice invenitur sed non, ut ita dicam, in quantitate synonymorum. Haec sunt quae synonymis carent: cartula creditoria (**tarjeta de crédito**), commeatus diploma (**pasaporte**), rete informaticum (**Internet**), telephorum (**teléfono**), taxiraeda (**taxi**), quadrum visificum (**pantalla**) et saccus dormitorius (**saco de dormir**).

Ideo, suntne synonyma novatorum vocabulorum Lexici recentis Latinitatis a pluribus verbis exstructa quam synonyma vocabulariorum vernaculorum in hac commentatione praesentata? Sunt, quia synonyma duobus vel plurimis verbis exstructa in vocabulario Suetico tantum duae tertiae et quinquagesimae partes (3,7%) sunt, in vocabulario Anglico sex et quadraginta centesimae decimae partes (42%), in vocabulario Francogallico septem undetricesimae partes (24%), in vocabulario Suetico-Hispanico tres quintae vicesimae partes (12%) tamen in Lexicone recentis Latinitatis una et viginti quintae et tricesimae partes (60%) sunt.

Et cetera tria vocabularia Latina praeter Calepinum Novum saepius quam vocabularia synonymorum vernacula vocabula duobus vel plurimis verbis exstructa habent: undeviginti quintae et tricesimae partes (54%), duodecim septimae et vicesimae partes (44%) et duae quartae decimae partes (14%) Centesimae partes horum trium vocabulariorum maiores sunt quam eae vocabularii Suetici (3,7%), Anglici (42%) praeter Calepinum Novum, Francogallici (24%) praeter Calepinum Novum et Suetici-Hispanici (12%).

4 Recapitulatio

In Ingressio (1.1) duo esse pericula in novata vocabula creando explicavi, id est Latinizatio et creatio stricto sensu. Latinizatio credo verba e linguis vernaculis capere et ea Latinizare esse. Creationem novatorum vocabulorum stricto sensu in *Contentio* (1.2.1 et 1.2.2) altius pervestigare potui. Ibi primus Latinista, Michael Rambaud, non tantum creationem secundum regimen severum quaerit, id est nolle verba e linguis vernaculis capere et Latinizare, sed res novas paucis Latinisque verbis coniunctis vel verba etiam ambitu reddere. Ego id creationem stricto sensu appello.

Ut analysis et syntaxis horum duorum periculorum per primam quaestionem et secundam fieri possint, XV neologismos eligere necesse est. Id in *Invitatio per saecula* (1.2.3) feci. Etiam vocabularia Latina eligenda sunt. Id in *Fontes* (1.3) feci. Inter quattuor vocabularia Lexicon recentis Latinitatis magni momenti est, quia non tantum Rambaud (Vide supra), in sociorum numero collegii Lexiconi recentis Latinitatis est. Etiam C. Egger est, qui secundum Rambaud res novas paucis Latinisque verbis coniunctis vel verborum etiam ambitu optime reddit, quod ego creationem stricto sensu appello.

In *Analysis* (2 – 2.15.3) pro primo XV novata vocabula Latine explico. Pro secundo omnes neologismos Latinos unaecuiusque XV notionum, qui in quattuor vocabulariis Latinis inveniuntur, denoto. Pro tertio vocabula vernacula horum XV vocabulorum novatorum indico. Etiam primum annum do in quo unumquidque vocabulorum vernaculorum in textu inventum est. Praeter tesseram omnia vocabula nostrae aetatis vernacula vetustiora sunt quam Latina. (In imagine post 2.15 omnia vocabula supradicta inveniuntur.)

Ecce quo modo studere volui an novata vocabula Latina Latinizationes vocabulorum vernaculorum sint. Verba Vocabularii Vilborg cum synonymis Sueticis, verba interretica cum synonymis Anglicis, verba Lexici recentis Latinitatis cum synonymis Italicis et verba Calepini Novi cum synonymis Francogallicis contuli. Nullum verbum in studio meo Latinizationem esse dicerem. Post studium problematis primi vel quaestionis primae (3 – 3.1.4) studium problematis secundi vel quaestionis secundae sequitur, id est creationis

neologismorum stricto sensu (3.2 – 3.2.15). Novata vocabula Lexici recentis Latinitatis cum synonymis XV notionum linguarum Sueticae, Anglicae, Francogallicae Hispanicaeque contuli. Hoc modo feci. Centesimas partes eorum vocabulorum, quae a duobus vel plurimis verbis exstructa sunt, omnium synonymorum Lexici recentis Latinitatis numeravi. Simili modo centesimas partes vocabulorum, quae a duobus vel plurimis verbis exstructa sunt omnium synonymorum, Sueticorum, Anglicorum, Francogallicorum Hispanicorumque calculavi. In sexta parte, post imaginem, quae post 3.2.15 venit, exitus praesentavi. Vocabula Lexici recentis Latinitatis saepius omnibus vocabulariis vernaculis duobus vel plurimis verbis exstructa sunt.

Etiam centesimas partes vocabulorum duobus vel plurimis verbis exstructorum ceterorum trium vocabulariorum Latinorum numeravi. Praeter Calepinum Novum etiam in omnibus his tribus vocabulariis saepius quam in vocabulariis synonymorum Suetico, Anglico, Francogallico Hispanicoque vocabula duobus vel plurimis verbis exstructa insunt.

5 Verba finalia

Suntne XV novata vocabula Latina in hac commentatione Latinizationes, ut ita dicam, vocabulorum vernaculorum rerum novarum? Non sunt.

Pro primo tria novata vocabula e thematibus Graecis exstructa sunt. Hac de ratione de Latinizatione non loqui possumus. Vocabula aeroplanum, telephorum et megaphonium sunt.

Pro secundo e novatis vocabulis adhibitis unum exstat quod mirabile visu vetustius quam neologismi vernaculi est. Ipso facto Latinizatio esse non potest. Vocabulum tessera est.

Novata vocabula in Vocabulario Vilborg cum synonymis Sueticis, novata vocabula in Vicipaedia Latina cum synonymis Anglicis, novata vocabula in Lexico recentis Latinitatis cum synonymis Italicis et novata vocabula in Calepino Novo cum synonymis Francogallicis contuli. Comparatione facta nullae esse Latinizationes mihi videtur.

Suntne synonyma novatorum vocabulorum Lexici recentis Latinitatis a pluribus verbis exstructa quam synonyma vocabulariorum vernaculorum in hac commentatione praesentatorum? Sunt.

Lexico recentis Latinitati cum iam timerem, ut ita dicam, plura verba necessaria sunt quam tribus linguis mundialibus in territorio veteris imperii Romani ortae. Simili modo plura verba ceteris vocabulariis Latinis praeter Calepinum Novum sunt. Sueticae linguae minimus numerus verborum necessarius est.

Suntne minae maiores in diversitate vocabulorum variorum vocabulariorum nostrae linguae, quae in VIII casuum horum XV novatorum vocabulorum quae unum neologismum communem non habent? Pro hoc studio nova commentatio necessaria esset.

Opera citata

Opera citata interretica

Bentz, Christian, et Ferrer-i-Cancho, Ramon, *Zipf's law of abbreviation as a language universal* in Bentz, Christian, Jäger, Gerhard & Yanovich, Igor (editors), *Proceedings of the Leiden Workshop on Capturing Pylogenetic Algorithms for Linguistics*. Universitas studiorum Tübingen 2016.
<https://publikationen.uni-tuebingen.de/xmlui/handle/1090068558>

Vicipaedia Latina 2018-06-15 et 2021-06-22
<https://la.wikipedia.org>

Opera citata typis exscripta

Ahlberg, Axel W., Lundqvist, Nils et Sörbom, Gunnar, *Latinsk-svensk ordbok*. Stockholm 1966. Svenska bokförlaget/Bonniers

Bénac, Henri, *Dictionnaire des synonymes*. Paris 1956. Librairie Hachette

Comenius, Johann Amos, *Orbis Sensualium Pictus*. Noribergae 1668. Sumptibus Michaelis & Johannis Friderici Endteri

Corominas, Joan et Pascual, José A., *Diccionario crítico etimológico castellano e hispanico*. Madrid 1991. Editorial Gredos S.A.

Imbs, Paul, *Trésor de la langue française. Dictionnaire de la langue du XIX^e et du XX^e siècle (1789 – 1960)*. Paris 1971. Éditions du Centre National de la Recherche Scientifique

Lexicon recentis Latinitatis. Volumina I et II. Roma 1992 + 1997. Opus fundatum "Latinitas"

Licoppe, Guy, *Academia Latinitati Fovendae eius historia per motum Latinitatis vivae considerata*, Bruxelles 2014. Melissa

Licoppe, Guy et Deraedt, Françoise, *Vocabulaire latin d'aujourd'hui. (Calepinus Novus)* Bruxelles 2004. Fundatio Melissa et Musée de la maison d'Érasme

Longman Synonym Dictionary. Singapore 1986. Longman Group UK Limited

Marcusson, Olof et Norberg, Dag, *Med lärde på latin. En kulturhistorisk läsebok*. Arlöv 1988. Almqvist och Wiksell Läromedel AB

Nationalencyklopedin. Statens kulturråd. Höganäs 1990-1995. Bokförlaget Bra Böcker AB

NE:s stora franska ordbok. CPI Books 2018. NE Nationalencyklopedin AB

NE:s stora italienska ordbok. Leck 2017. NE Nationalencyklopedin AB

NE:s stora spanska ordbok. CPI Books, Leck 2017. NE Nationalencyklopedin AB

Norstedts spanska ordbok. Rotolito Lombarda, Italien 2003. P.A. Norstedt & Söner AB

Norstedts stora engelska ordbok. CPI Books EU 2011. Norstedts Förlagsgrupp AB

Ordbok öfver svenska språket utgiven av svenska akademien. Deinde titulus "Svenska Akademiens Ordbok" factus est. Lund 1898. C.W.K. Gleerups förlag – Stockholm 2017. Svenska (Utsug – Vreta)

Robert, Paul, *Le Grand Robert de la langue française. Dictionnaire alphabétique et analogique de la langue française.* Paris 1985. Dictionnaires LE ROBERT

Simpson, J.A. & Weiner, E.S.C., *The Oxford English Dictionary. Second Edition.* Oxford 1989. Clarendon Press

Svenska synonymordboken. Printer Industria Grafica, Spanien 2010. Norstedts Förlagsgrupp AB

Svensk uppslagsbok (Band 26). Malmö 1965. Förlagshuset Norden AB

Vilborg, Ebbe, *Norstedts svensk-latinska ordbok.* (Vocabularium Vilborg) EU 2009. Norstedts Akademiska Förlag.

